lis subiectos, ad parem erga Diuinum numen, deuotionis affe-
ctum, mirificè excitat, liberi denigq́ nostri, illius materna domesti-
cæ disciplinæ sollicitudine, probis moribus formantur, eruduntur
ut eorum Regia indoles, maioribus indies uirtutum, incrementis
augeatur, dignigq́ appareant, qui aliquando salutis Reipubl.ᶜᵃᵉ
Christianæ tuendæ curam capessant, eamq́ cum dignitate susti-
neant. Eius Reginali Mtiˢ, nos uicissim cum optime cupiamus
rationibus etiam illius, in quibus Dignitatis Domus nrãᵉ potissima
pars consistit, consultum uolumus, ut nobis, si ita Deo, in cuius
manu sunt uitæ nrãᵉ momenta, uisum fuerit, prius uita functis,
habeat unde se, statumq́ suum, pro dignitate personæ suæ tu-
eri et exhibere possit. Non dubitamus quidem Inclitos Re-
gni Poloniæ et Mag. Ducat.ᵘˢ Lithuᵃᵉ. Ordines, eius rei potis-
simam curam habituros, ne quid Serᵐᵃᵉ Coniugi nrãᵉ, ac liberis
nostris desit, optime enim nobis conscij sumus, quanto studio, to-
to Imperij, et uitæ nostræ tempore, contenderimus, ut optime de
hac Reipᵇᵃ mereremur, testes eius uoluntatis nrãᵉ sunt, curæ
sollicitudinesq́ nrãᵉ, publicæ saluti, perpetuo impensæ, testes
tot bellicæ expeditiones, contra hostes susceptæ, capitiq́ ipsi
Regnum maximus obiectatum periculis, et uita in supremum

adducta

addicta discimon. Iam uero, si ÿ qui nrâ liberalitate creuerunt
summisq; et Dignitatibus, et opibus, auctisunt, memores accepto;
rum beneficiorum, quæ largâ plane manu, in eos effudimus, esse
uoluerint, eos quoq; non secus arbitramur, ut aliqua pars
officij eorum, desideretur, et ne minus grati esse, ac proinde be;
neficiorum indigni uideantur. Sed quoniam non semper ratio;
nes testandæ gratitudinis, suppetunt, ac proinde occasiones ma;
turæ sunt captandæ, futurisq; temporibus, ex præsentis fortunæ
proventu, prospiciendum, Nos quoq; cum animaduerteremus, bo;
na dotalitia Reginalis Mtis, Coniugis nræ cariss., nec adeo
opima esse, ut Regiæ conditioni respondeant, nec ijs instructa ædi;
ficijs, in quibus Regina, tot liberorum mater, commodè habitare
possit, huic necessitati consulendum censuimus. Quapropter cum
proxime è uitâ decesserit Serma Princeps Domina Anna Infans
Regni Sueciæ soror nrâ desideratissima, quæ beneficio nro, Brodni;
censem, Tolubensemq; Præfecturas, cum adiacentibus prædijs, et pa;
gis tenuit, nobilissimisq; ædificijs, suis uel potius nris impensis,
partim à fundamentis excitatis, partim iam labentibus restaura;
tis, utriusq; Præfectura ædes, uel palatia potius instruxit, has
easdem ambas Præfecturas, summis antiquis oneratas, eidem
Serma Reginali Mti, Coniugi nræ cariss; ad extrema uitæ
eius Mtis tempora, pleno iure conferimus, cum omnibus earun;
dem Præfecturarum attinentibus, Villis, prædys, Scultetys, Molen;
dinis, piscinis, lacubus, syluis, boris, et uindaginibus, omniq; eorum

Vsufructu, et quemadmodum, et alij Penutarij, et proximè vitâ
functa, Sermæ Soror nrâ ea tenuit et possedit, ita et Sermæ Con:
iunx nrâ, eadem bona, teneat, habeat, ijsq; quoad in vita superstes
fuerit, utifruatur. Promittimusq; pro Nobis et Sermis Succes-
sus nris, Regibus Poloniæ, superstite Sermæ Coniuge nrâ, et in
vitâ, quam ei Diuina Maiestas, longissimam largiatur, existen-
te, nos eam à possessione et usufructu Præfecturarum præfata-
rum non amoturos, nec cuiusquam eximendi Nius Mtem, protesta-
tem concessuros, quod et Sermi Successores nri Reges Poloniæ
præstabunt. Ratione cuius Juris Aduitalitij Sermæ Con:
iunx nrâ, eam partem originalium summarum, nobis et Re:
ipubæ condonabit, et remittet, quæ ex præscripto legum re:
mittenda venerit. Iuribus nris Regalibus. Ecclesiæ Catholi:
cæ et Reipubæ salvis. In cuius rei fidem &ca Datum in
Comitijs Regni Pragæ Die IIIa Mensis Martij Anno
Dñi M DC XXV. Regnorum nrorum Poloniæ XXXVIIo.
Sueciæ XXXI. Anno.

Sigismundus Rex Joannes Lipski

Silua Bug Sac. Reginali

Affi confertus.

Ex. Sigismundus IIIus &ca Significamus &ca Quod cum Penuta nostra
Brodnicen, quam nuper unâ cum Penutâ Dolubren Serenissmæ

Regni

Principi, Dominæ Constantiæ Reginæ Poloniæ et Sueciæ, Patræ Archiducis Austriæ, Conjugi nræ Sarissimæ, vice adultahito contu; limus, Sysus sufficientibus destituta sit, ob idq́ volentes, eâ in parte, usibus et commoditati, dictæ Tenutæ consulere, faciendum nobis esse duximus, ut quemadmodum dictas Tenutas Brodnicen et Golubien, morte Serenissimæ Principis, Dnæ Annæ Infantis Regni Sueciæ, Sororis nræ Sarissimæ vacari, præfatæ Serenissimæ Conjugi nræ contulimus, ita quoq́ Sylvam Bug, in Capitaneatu Radzinen sitam, et post mortem, eiusdem Serenissimæ Sororis nræ, ad dispositionem nram devolutam, eidem Serenissimæ Conjugi nræ, conferremus, prout præsentibus literis nris, conferimus, cum omnibus et singulis, eiusdem pertinen, commodis, usibus, fructibus, nullis penitus exceptis, tenendam et possiden. Promittimusq́ pro Nobis et Serenissimis Successoribus nris, Regibus Poloniæ, nos Serenissimosq́ Successores nros, Serenissimam Conjugem nram, circa possionem et usum memoratæ Sylvæ Bug, toto vitæ eius tempore, plenarie conservaturos, neq́ cuiquam eius amovendi, aut eximendi potestatem cuiquam concessuros, onera vero, si quæ ex eadem Sylva præstari solent, vel debent, Serenissimaq́ Coniunx nra præstabit Juribus quoq́ nris Regalibus Reipub. et Ecclæ Catholicæ salvis. In cuius rei fidem etc. Datum Varsaviæ in Comitys Regni Generalibus die IIIa Mensis Martij. Anno Dni MDC XXV. Regnorum nrorum Poloniæ XXXVIIo Sueciæ XXXIIo.

Sigismundus Rex

Joannes Lipski.

Wybranstwo Vrzeiwemu Kosmidrowi ze Wsi Jezowki po smierci Brata iego dane.

vid. Zygmunt Sł. Bż. Wszem wobec y kazdemu zosobna komu to wiedzieć należy oznaymuiemy. Iż my, na tym zawsze ieste; śmy, aby służba Woienna, nam y Rzpltey powinna, ieśli nie przyczymiona, przynamniey wcale zachowana była. A gdż Wybrańcy niemnieyszą są na potrzeby wszelakie Rzpltey obroną, ktorych liczba, aby umnieyszana niebyła, prawem y Constitutiami, tak za Swiętey pamięci Krola Stefana, iako y przez nas, świeżo postanowionemi, dosyć dostatecznie się ob; warowało. Przeto przydaiąc się do tychże Constituty, ymyślilismy Vrzeiwego Woyacieda Kosmidra, po smierci bra; ta iego, Jędrzeia Kosmidra, z Jezowki, Wybranca y poddane; go naszego, z Starostwa Żarnowieckiego, przy dobrach tych ktorych brat iego vżywał, y woynę nam służyć, iako wy; braniec był powinien, zachować, iakosz niniejszym listem na; szym, zachowuiemy, y wszelaką mu wolność, daiemy vży; wania wszytkich dobr, ktorych brat iego zmarły, vżywał, to iest gruntow, łąk, pastwisk, rąbania y wożenia drew, z lasow naszych, na własną tylko domu swego potrzebę, y warzenia piwa, dla siebie, y czeladzi swey, tylko domowey.

Nadto

Nad to czyniemy go wolnym, okom dziesięcin, od wszelakich
robot, czynszow, zaciągow, podatkow, nam albo starostom nasze
mu powinnych, ktore inni poddani, teyze Wsi odprawować, y
oddawać są powinni, tak iednak, aby czytch to dobr, powin
ność tesz woienną, ktorą brat iego, nam oddawał, iako Wy;
brawiec oddawać był powinien. Co do wszelk wiadomości, á
my nowicie Vrodzonego Stanisława Koniecpolskiego, Hetma;
na Polnego Koronnego, Wieluńskiego, Zarnowieckiego
Barskiego &c. Starosty naszego, y innym napotym bę;
dącym, Dzierżawcom y ich Vrzędnikom przywodząc, roska;
zuiemy, aby pomienionemu Wybraniowi żadnych trudnosci, w;
używaniu dobr tych, y wolności iemu od nas nadanych, nie;
czynili, ani onego do robot, y innych zaciągow przymuszali
ale przytym że to wolnosciach, tak y nie naruszenie zacho;
wali. Czyniąc to, z pewnej wiedzy, y dla laski naszey.
A dla lepszey wiary, ręką naszą podpisawszy się, Pieczęć
Koronną przycisnąć roskazalismy Dan we Warszawie
dnia VI. Miesiąca Marca Roku Pańskiego MDCXXV.
Panowania Krolestw naszych Polskiego XXXVIII, á
Szwedzkiego XXXII Roku

Sigismundus Rex

Paulus Szalapski

Consensus super Arendam Molen:

dini in ſuburbio Caliſieñ ſiti Gnõſo
Petro Zeroñſki Pincerna Regni datur.

Ex. Sigismundus III &c. Significamus &c. Consensisse nos consen-
tiq; prãtibus literis nostris, Gnõſo Petro à Zeronice, Zeroñ-
ski, Cruc Regni, Pincernæ, et Capneo nrõ Bidgostien, ut possit
et valeat Molendinum extra muros Civitatis Calisien, in Sub-
urbio dicto, situm, seu ipsius Pertam mensuram, avendæ
nomine, et modo Famato Joanni Przeniak, Civi et Incolæ Civita-
tis eiusdem nræ Calisien, à die Octava Mensis Maij, in Anno
præsenti incipiendo, usq; ad decursum trium annorum, sese immedi-
até subsequentium, locare, locationisq; seu Arendæ istius, Con-
tractum et inscriptionem, coram nostris, seu alijs quibusvis Au-
thenticis Regni Actis, facere, et recognoscere, salvo nihilomi-
nus nunc ipsius adnitalitiali. Quam quidem locationem, seu aren-
dam, ratam et gratam habituri sumus, et Ser.mi Successores nri
habebunt: volumusq; ut præfatus Przeniak, à pacificâ prã-
dicti Molendini Arenda, vigore prãtis Consensus nri, non
amoveatur, sed circa, eam, integro præfatorum trium annorum
spatio, totaliter conservetur. Ita tamen, ne per eam Aren-
dam prafati Molendini conditio, ratioq; deterior fiat, verum
ut omnia ædificia ipsius, tecta tectaq; conserventur, agge-
res instrumentaq; eiusdem Molendini, omnia prout nec tpus

exigent

exegent, reparentur. Juribus nostris Regalibus Regnb.ᵉ
Ecclesiæ Catholicæ salvis. In cujus rei fidem &ᵃ Datᵉ Var;
sabb.ᵃ die XXII.ᵃ Mensis Martij Anno Dñi MDCXXV.°
Regnorum nostrorum Poloniæ XXXVII.ᵐᵒ Sueciæ XXXII. Anno.
Sigismundus Rex

Jurē Caduco bona cuiusdam Leonar: di Fabri Lignarÿ Incolæ Posnanien. Nobili Bulakowski conferuntur.

Sigismundus III &ᵃ Significamus &ᵃ Quia nos bona omnia &c.
mobilia et immobilia, summasq; quasvis pecunianas, apud
quasvis personas existentes, morte cuiusdam Leonardi Fabri
Lignarÿ, Incolæ Civitatis nrē Posnanien, derelict, et ad Fi;
scum nostrum, coīis de causis devoluta, Nobili Dobrogostio Bu;
lakowski, Landa et conferē esse duximus, uti quidem damus
et conferimus prētribus. Per eundem Bulakowski, terē, ba;
ber, tenden, et in suos, ac suorum Successorum usus, inde ferro
convertenda. Quod ab notitiam omnium deducē, præsertim ve;
ro Magratus Civilis et Castren Posnamen, eosdem mandamus,
ut requisiti à prædicto Donatario nro, seu ejus Plenipoten;
te, bona recensita, eidem extradant, ac eundem, in adeun
dictorum bonorum possessionē, ope et auxilio suo adjuvent.

Lao gratia mâ Officiorum suorum debito. In cuius rei fidem &c.
Datum Varsauiæ die IV Mensis Aprilis Anno &t supra.
Sigismundus Rex Stoppius Bakowiecki

Conseruão Honestorum Kukiszow in possone agri Lipnik dicti in Villâ Ciesie datur.

Ex. Sigismundus M&ssa Scamus &sa Conseruatis nos conseruatis; vig; pntibus literis nris, Honestos Joannem et Bartolomæum Kukiszow, in usu et pacifica possessione, duorum lanearum, et unius portionis agri Lipnik dicti, in Villâ nrâ Ciesie, Capreatus Knyszynen; existen; ita ut eadem bona, tam communicim quam diuisim, seu prout hactenus ab illis sunt possessa, teneant habeant et possideant, cum omnibus et singulis eorum attinen; et pertinen; antiquitus exspectan; ad extrema vitæ cuiusq; eorum tempora. Promittentes pro nobis et Sr&ms Successoribus nris, quod predictos Kukiszow, ab usu et possone supradictorum bonorum, non amouebimus, neq; amouendi cuiquam potestatem faciemus, imo salvum et integrum Jus Adnitahitium, illis conseruabimus. Juribus nris Regalibus Reipub&a cuiusq; Catholicæ salvis manen;. In cuius rei fidem &sa Dat&m Varsauiæ

Dat. XII. Mensis Aprilis Anno Dñi MDCXXV. Regnorũ nrorũm &c. supra

Sigismundus Rex

Joannes Lipski.

Consensus Magco Nicolao Wolski Marsalco Regni ad eximendam Aduocãm in Villâ Grodzisko datur.

Sigismundus III &c. Scamus &c. Permittere nos, Magco Nicolao Wolski, de Lodzayce Supremo Regni Marsalco, ut possit Sculteti; am in Villa Grodzisko, ad Capreatum krzepicen spectan, mortello; bilis Joannis Boguslawski, vacante, de manibus modernorum nullo iure possorum, eximere, seu iure eliberare, exemptamq seu eliberatam, cum omnibus et singulis attinentys, et pertinentys, eodem antigitus spectantibus tenere, habere possidere, ad extrema uita sua tempora. Promittimus autem, pro Nobis et Sermis Succribus nris nos eundem Magcum, Marsalcum, Supremum Regni, quam diu uixerit, in usu et pacifica possone, memorate Sculteticæ conserua; turos. Post obitum autem suum non prius eandem ad disponen no; stram recepturos, quam summa ibidem inscripta, uel ex taxa Commissariorum proueniens, Succribus ipsius fuerit persoluta. Juribus nris Regalibus et Reipub. Ecclesiaq Catholicæ saluis.

Ex.

In cuius rei fidem ffa Dat. in Varsauia die XV Mensis Aprilis
his Anno et supra
Sigismundus Rex Joannes Lipski.

Consensus accedendi Molen; dini Adamo Jarzembski Re; gia Actis Musico datur.

vig. Sigismundus M. ffa Significamus ffa Consensui nos, consen; tiegz patribus literis nris, Egregio Adamo Jarzembsky, Mu; sico nro, ut possit et valeat, de toto et integro iure suo adnitali, sibi super Molendinum, sive ipsius tertiam Mensuram, Wtsk dict, ad Villam Kąkolewnica iacen, in Capneatu Lukowien con; sistен, seruien, cedere illudq in personas, Honestorum Wtsimo; lendinatoris, et Bartolomaei Zaleski fratrum pro sorte et in; tersse eorum, transfundere, et transferre. Quae quidem cessio iurisq transfusio, postea quam coram Actis quibusuis Regnian: sentibus facta et recognita fuerit, nos eam ratam et gratam habituri sumus, uti quae de consensu nro peragetur. Vigore ce; ssionis, ac pratis consensus nri, memorati Wtsk et Bar; tholomaeus fratres, praedictum Molendinum Wtsk dictum, cum omnibus suis agris, pratis, campis, syluis, fluuijs, piscinis, atti;

nentys q3, et pertinentys universis, antiquitus ad dictum Molendi-
num spectan, quibus et eorum, pro sorte et interesse suo, tenebunt
habebunt, et possidebunt ad extrema uitæ suæ tempora. Promitti;
mus q3 pro nobis et Sezlmis Successoribus nris, non esse nos memo-ratos
Vitsum et Bartholomæum fratres, ab usu, et pacifica possone
dicti Molendini, amoturos, aut alienaturos, amoueng3 aut alienan.
cujuam potestatem daturos, sed salvum et integrum Jus ad;
utale, ipsis conseruaturos. et Sezlmi Successores nri pro sorte et
interesse ipsorum, conseruabunt. Post decessum autem ipsorum,
non prius. disposito dicti Molendini, ad nos redibit, quam
summa, in literis Originalibus expressa, vel ex taxa Comm;
riorum proueniens, Successoribus eorum integre persoluta fuerit
Junibus nris Regalibus Reipub.æ et Ecclæ Catholicæ sal;
uis. In cuius rei fidem &c. Datum Varsoviæ die XV. Men;
sis Aprilis. Anno Dni vt supra
Sigismundus Rex Joannes Lipski

Iure Caduco bona cuiusdam Bic;
lewicz Incolæ Lublinen Nobili Jo;
anni Zbikowski conferuntur.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quia nos bona ora v.g.
mobilia

mobilia et immobilia, summasq; quasuis pecuniarias, siue paratas, siue aliqua ratione obligatas, ubicunq; et apud quascunq; personas exntes, post quendam Joannem Bielenowz Pastorem incolam Lu: blinen, Nobili Joanni Zbikowski, Seruitori nro, certis ex causis, ad fiscum nrum, iure caduco deuolut, eidem danda, et donan esse duximus, prout pntibus ex damus, et donamus, iure perpe: tuo, possiden, tenen, et in suos Successorumq; suorum, quosuis benepla: citos usus, conuertenda. Quod omnibus et singulis quorum inter: est, præsertim Mgratui Capit Lublinen, aliisq; quibuscuis, sub quorum iurisdone, bona præfata exnt, notum esse uolumus, ydem mandantes, vt prænominatum Nobilem Joannem Zbikowski, Seruitorem nrum, ex allegnen bonorum eorum possone, pecuniisq; et rebus omnibus repeten, non impedriant. Verum ut quam pri: mum ejs potratur, curent. Quo gratia nra alter non faciat. In cuius rei fidem pntes manu nra sfa. Datum Varsauiæ die XVI. Mensis Aprilis Anno ut supra

Sigismundus Rex Joannes Lypski

Consensus ad eximen Mi: nezam se eraziam in Dsctu Belzen Nobili Krassowski dat.

Sigismundus

S Igismundus III Dei grâ &c. Significamus &c. Dedisse Nos dâ, v.f.
reg. pntibus lris nris facultatem et potestatem, Nobili Joanni Kra
szewski Cancellario nrô Notario, ut possit et valeat, Alinezam
ferariam, in fluvio Brusenka, in Dictu Bebzen sit, certis
trmisq; de causis, ad dispositionem nram denolut, de manibus noderno
rum quorumuis nullo iure pottorum, certis trmisq; pecuniarum
summis, eximere, sue quovis alio modo, et iuris ordine, eliberare
et in pottorem suam vindicare; Ita ut postquam eam ehbe;
rauerit, et in pottorem suam vindicauerit cum quatuor
quartis agri, Karvanska, Brankowska, Bokowska, et Jar;
kowska, dictorum, tum parte agri Obszar, et stagno ibidem
existen, omnibusq; fructibus et emolumen, pratis, campis, hortis,
pascuis, silvis, molendino, taberna, alisq; in genere et specie
attinentys, et pertinen, prout à predecessoribus ipsius, tene;
batur, et possidebatur, nec non libero usu materiæ pro arangratia
ferri, ad extrema uitæ sua tempora, teneat, habeat, et possside;
at. Promittimus autem pro nobis, nos esse nos, eundum præfa;
tum Nobilem Joannem Kraszewski, à iure et pottore præfatæ
Mineræ ferariæ, cum orbus eius attinen, amoturos, quin potius
nos saluum et integrum ius Adultale, ei conseruaturos, quod et
Sen.mi Successores nri præstabunt. Post decessum vero ipsius, non
prius dispositio prænominatæ Mineræ, ad nos Successoresq;
nros redibit, quam summa in literis originalibus expressa

vel ex

vel ex taxâ Comissariorum proueniens, ipsius Strnis Succombus integrè, et realiter persoluta et numerata fuent. Juribusmis Regalibus Regnb.ä et Ecclä Catholicä salvis. In cuius rei fidem ffra Dat.m Varsaniä die XIV. Mensis Aguhs.ti Ao Dni Ct supra.

S. Igismundus Rex J. Joannes Lipski

Consensus ad cedeñ cert' boñ in Villâ Pecalice Nobili Nico: lao Pierzchala datur.

vdj. S. Igismundus M. Significamus ffra Consessui nos consentireq; pactibus Strîs nris Nobili Nicolao Pierzchala, ut possit et valeat, de toto et integro iure suo adultalio, quod sibi ipse per certa bona nra, in Villa Pecalice Capreatus Nouae Ciuitatis Lorczyn competit, cedere, Mudq; in personam Nobilis Jac. Copy Lukowski, plenarie transferre, et transfundere. Quâ quidem cessio, viroq; transfusio, postea quam, coram Actis qubuscunq; aut Sentics Regni facta et recognita fuent, nos eam ratam, et gratam habituri sumus. Vigore cuius cessionis, ac pactis Consensus nr, memoratus Lukowski, omnia supraspta bona, cum omnibus agris, pratis, campis, hortis

Colonis

colonis, attinentijsq; et pertinen' universis, antiquitus eo spectan',
terebit, Sabebit, et posthebit, ad extrema vitæ suæ tempora.
Promitten' pro nobis, et Sez^mis Successoribus nris, non esse nos,
eunden Lukowski, ab usu et posthore dictorum bonorū, amotu;
vos, aut cuipiam potestatem daturos, sed salvum et integrum
vis adhitale ipsi conservaturos. Junbus nris Regalibus
Regnib. et Civit. Catholicæ salvis In cuius rei fidem &c.
Dat^m Varsaviæ die XVI^a. Mensis Aprilis Anno Domi
ni. Ut supra
Sigismundus Rex Joannes Lipski

Bona certa in Palatinatu Derpaten Gnoso Henrico à Rozen ad vitam conferuntur.

Sigismundus III &c. Significamus &c. Quia nos optime v. R.
cognitam perspectamq; Saben' fidem integritatem promptitq;
nobis, omni tempore, in aula nra obsequen' studium, Gnosi
Henrici a Rozen, Camerae nrae familianis, facien' nobis esse
Duximus, ut eidem bona certa, Kaiarver Moyza vulgo
Nuna dicta, in Palatinatu Derpaten' consisten', et ad nos
dispositionem jq; nram Regiam, post Casparum Wolski

et Conjugem ejus Hedwigim Olszewska devolut, daremus et
conferremus, prout rigore pactum, damus et conferimus, Ler
eum, cum omnibus agris, pratis campis, sylvis, tabernis, Molen;
diniis, subditis colonis, aljsq; attinen, et pertinen universis, anti;
quitus eo spectan, tenen, laben, possiden ad extrema vitæ suæ tem;
pora. Promittimus vero, pro nobis et Sez[mis] Successoribus nostris,
quod prænominatum Prosum, à Rozen, abusu et pacifica posses;
se, eorum bonorum, non amovebimus, aut cuipiam amoven pote;
statem dabimus, sed salvum et integrum Jus adultate ejusdem conser;
vabimus. Rone quorum bonorum, ea nobis, et Reipub. onera præ;
stare tenebitur, atq; cætera Nobilitas, mixta ordinationem Pro;
vinciæ Livonicæ, de similibus bonis est, eitq; in posterum obliga;
ta, tenebitur, Præterea quilibet ex colonis eorum bonorum, unam
mensuram Sihgimis, vulgo Kur, dictam, alteram Bordei loco Mis;
salum Parocho Romanæ Ecclesiæ pendere. Jusibusmus Lega;
tibus Reipub. et Ecclæ Catholicæ salutis. In cujus rei fidem
præsentes ffa nra subsignatas Sigillo Regni et magni Duc. Lits.
communiri iussimus Dat. Varsoviæ die XVIIIo Mensis A;
prilis Anno Dni ut supra
Sigismundus Rex Joannes Lapski

Bona certa Sarnowe gory dicta Nobili Stanislao Chodakowski iure

iure Aduitalitiali conferuntur.

Sigismundus III &c. Significamus &c. Benigno fauore nos eos; Et.
per eos complecti, quos constans de nobis bene merendi studium,
sincera fides, militaria obsequia nobis et Reipub. contestata,
dignos gratia et beneficentia nra effecerunt. Quapropter, cum
et Nobilis Stanislaus Bodakowski, in Moscouia, sub signis
Fnis Stanislai Koniecpolski, Campestris Exercituum nrorum
Capnei, in militari disciplina, exercitatus, et de nobis bene me-
ritus, nobis per certos Consiliarios nros, commendatus esset, fa-
le consentiendum et permittendum ei esse duximus, ut possit et
valeat, bona certa nra Regalia, Sarnowe gory dicta, una
cum Aduocatia, in eisdem existen, in Palatinatu Mazouiæ
Capneatu consistentia, de manibus modernorum nullo
iure posthac eximere, seu trina iurisdictione, et ordine, eliberare, ac
in posthonea sua vindicare. Quæ quidem bona, una cum Adu-
catia, modo præmisso eliberata, et exempta, præfatus Nobilis
Stanislaus Bodakowski, cum omnibus agris, pratis, campis, sor-
tis lacubus, piscinis, stagnis, sylvis borris, subditis, eorumq labo-
ribus, censibus, attinenq et pertinen universis antiquitus ad eadem
bona et Aduocatiam spectan tenebit, habebit, et possidebit ad
extrema vitæ suæ tempora. Promittim pro nobis et Hered
Successoribus nris non esse nos præfatum Nobilem Stanislaum
Bodakowski, ab usu et possessione dictorum bonorum Sarnowe
gory

gary et Aduocatiæ, ibidem existen?, amoturos, aut cuipiam amouendi potestatem daturos, sed saluum et integrum Jus aduè; tale ipsi conseruaturos, quod et Sen.ni Succonos nri facturi sunt. Post decessum autem ipsius è vita, si bona eadem, sum: mis antiquis onerata sunt, non prius ad nos dispositionem nram, una cum Aduocatiâ redibunt, quam summa in eisdem bonis, et Aduocatiâ trinè inscripta, uel en taxa Comissario: rum, ratione Aduocatiæ prouenens, Succonibus ipsius antegrè persoluta fuerit. Quod si uero ab eisdem summis, immunia et libera reperta fuerint, quartam Prouentuum partem, rone eius Aduntahitatis, bonorum, Sarnowe gory, nobis et Reipub.ä pendi solitam, Ratam quotannis inferre tenebitur. Juribus nris Regalibus Reipub.ä Ecclesiæq Catholicæ salvis manen? In cuius rei fidem &c.a Datn Varsauiæ die XIX Mensis Aprilis. Anno Dni ut supra.

Sigismundus Rex Stephanus Bakowiecki.

Certa sors in Villâ Kulczyce Nobili Wysokinski militi data.

v.g. Sigismundus III.us Significamus &c.a Quia Nos bona omnia mobilia et immobilia, Item vero sortem hereditatium Juri Perri

dubrectam

subrectam, in Villa Kulczyce, Palatinatus Russie, inter limi;
tes agrorum Nobilium Tymkonis Daszkiewicz, Kulczycki ab
una, et Matthie Hryca Kulczycki, parte ab altera, sitam, cum
suis omnibus, in genere, et singulis in specie, attinen? et pertinen?
ad eam spectan, post quendam Ivanum Lopowicz, certis ex limis
de causis, ad fiscum nrum devolut, Nobili Wystokin;
ski, in Expeditione Valachica, sub signis Invi Martini Kaza;
nowski, Castellani Halicien, militarem operam navanti, dar? et con;
fer? esse duximus, prout damus et conferimus p?ntibus l?ris nris
Jta ut debita iuris via, sortem supradictam, aliaq? mobilia et
immobilia bona, sub quacunq? iurisdone, in possonem suam ordi;
net, et apud quascunq? personas extra, repetat, in ordine su;
os Successorumq? suorum, beneplacitos, convertat, det, donet, alie;
net, vendat commutetq?. Quod orbus quorum interest, p?sertim
vero Magistratibus Civilibus et Castren, sub quorum Jurisdone
bona p?fata exnt, ad notitiam deducen?, mandamus, vt eidem
Wystokinski, in realem et actualem possonem, bona predicta
omnia et singula, absq? quavis mora et difficultate, tradant,
curentq? vt ijs quamprimum potiri possit. Pro gr? nr?. In cu;
jus rei fidem p?nt?s fieri fecimus. Dat? Varsavia XXIX Men;
sis Aprilis Anno Dni vt supra

S. Zygmundus Rex Szczęsny Balowiecki.

Bona cuiusdam Grzędzionski

Incola Przemyslien. Nobili Za:
iączkowski militi iure caduco dantur.

vig. Sigismundus III. &c. Significamus &c. Quia nos bona omnia
mobilia et immobilia, summasq; pecuniarias, apud quastus pers:
nas existen, morte cuiusdam Matthiæ Grzędzinowski Incolæ
Cmitatus nri Przemyslien. derelict, et ad fiscum nr:
strum, certis de causis devoluta, Nobili Moysi Zaiączko:
wski, militi nro, in expeditionibus bellicis, primum quidem
Luvonica, sub signis Troski olim Łącki, Lotmagi:
stri nostri, postea vero Valachica, non ita pridem, contra
Turcarum Imperatorem suscepta, sub signis Troski Con:
stantini Chicka, Castellani Sandecien. de nobis ac Re:
pub. optime merito, dari et conferen. esse duximus, Cui quidem
dem damus et conferimus pariter per eundem Zaiączko:
wski, teneri, haberi, possideri et in suos, ac suorum Successorum
Ossus iure hæreditario, converten.: Quod ad notitiam omnium de:
ducen., præsertim vero Magnatus Cruchi et Castren. Lea:
mischien. ejusdem mandamus, ut requisiti a prafato Dona:
tario nro, seu ejus Plenipotente, bona recensita, di:
cti Matthiæ Grzędzinowski, ipsi extradant, ac eun:
dem, in adeptum dictorum bonorum possessionem ejus et auctho

suo

suo adiument. Quo grâ nrâ, ac officiorum suorum debito.
In cuius rei fidem &c. Datum Varsauiæ die XX. Men;
sis Aprilis Anno ut supra.

Sigismundus Rex Joannes Lipski

Vexilliferatus Bełzeñ Gño:

so Adamo Lipski confertur.

S. Igismundus M.ssa Significamus &c.a Solemus propensè mihta; vp.
nibus viris fauere, eorumq; fortia facta, præclaraq; ausus, gratiâ
nostra Regiâ, benignè munerari. Meretur enim, id virtus eorum,
qua sanguinem, vitamq; propriam profundendo, parati, omnibus
periculis sese fortiter obijciunt, eorumq; potissimum, dextris atq;
pectoribus, salus, et incolumitas patriæ defenditur. Compara;
uit sibi eam laudem, longo militiæ usu, Dnos Adamus à
Lipie Lipski, Aulicus et Capneus noster Parnogouñ, cu;
ius in multis expeditionibus bellicis, domiq; foriq; virtus
militariq; fortitudo, adeò enituit, ut nihil illi ad præclari
et veterani militis nomen, atq; gloriam deesse videatur.
Hanc nos eo nomine, benigno fauore prosequentes, fauen
nobis esse duximus, ut ei Vexilliferatum Bełzeñ, promo;
tione ad Succamerariatum Bełzeñ, Dnos Bartolomæi
Bełzecki, vacañ, daremus, et conferremus, uti quidem da;

Cmus

mus et conferimus pr̃ntibus literis nr̃is, ad nra ipsius exbe;
ma tempora, uel maioris alicuius officij, aut Dignitatis assecu;
tionẽm, cum omnibus et singulis, iuribus, prærogatiuis, functio;
nibus, ac reditibus, ad Doc munus spectan̄, gerend̄, et obtinend̄.
Quod omnibus et singulis, quorum interest, præsertim uero Di;
gnitarijs, Officialibus, ac toti Ordini Equestri, Terræ Bel;
zen̄, ad notitiam deducimus mandantes, ut præmoratum
Ioannem Adamum a Lapè Lipski, Aulicum et Cpreum
nrum Parnogoren̄, pro uero ac ltimo Vexillifero Belzen̄
habeant, et agnoscant, eiq̃ de loco, iuribus, prærogatiuis,
obuentionibus, ac reditibus uniuersis, de iure ac consuetudine
ad Doc officium spectan̄ respondeant, respondeiq̃ curent. Dat̃
grā nrā. In cuius rei fidem̄ &c. Dat̃m Varsauiæ die
XXVI. Mensis Aprilis. Anno Dn̄i vt supra.

Sigismundus Rex — Joannes Lipski

Aduocatia in Oppido Ma;
kow Nli Adamo Roznowski dat.

Ex. Sigismundus M. &c. Significamus &c. Permittẽsq̃ nos
permittẽrq̃ pr̃ntibus Cris nris, Nobili Adamo Rozno;
wski, Ostrzio nrō, vt possit et valeat, Aduocatiam
in Oppido nrō Makow existen̄, morte Nobilis Stanisla

Olkowski

Olkowski ad dispositionem nram devolut de manibus modernorum tam; quam nullo iure possorum, certis pecuniarum summis redimere, seu alia quavis iuris via et ordine, in possionem suam vindicare. Quam quidem Advocatiam, modo praemisso exemptam, cum omnibus agris, pratis, campis, hortis, lacubus, piscinis, stagnis, attinentijsq3 et pertinen omnimodis antiquitus eo spectan, memoratus Ostrarius noster, tenebit, habebit, et possidebit, ad extrema vitae suae tempora. Promittn pro Nobis, et Sacris Successoribus nris, non esse nos eundem Rozrowski, ab usu et possone dictae Advocatiae amoturos, aut cuipiam amovendi potestatem daturos, sed salvum et integrum iis Advocatiae ipsi conservaturos. Ipso vero vita functo, non prius eandem Advocatiam bona, ad dispositionem nram Successorumq3 nrorum redibunt, quam summa, iisdem primo inscripta, vel ex taxa Commissariorum proveniens, Successoribus ipsius, integre numerata fuerit. Juribus nis Regalibus, Reipub.ae et Eccliae Catholicae salvis. In cuius rei fidem etc. Dat. Varsaviae die XXVI. Mensis Aprilis Anno Dni MDCXXV. Regnorum nostro; rum Poloniae XXXVII. Sueciae XXXI. Anno

Sigismundus Rex

Joannes Lipski.

Jure Caduco bona cuiusdam Wolski Incolae Wartcn. Nli Grabowski dantz

Zx. Sigismundus M. ppa. Significamus ppa. Quia nos, bona omnia mobi-
lia et immobilia, summasq; quascuis pecunias, siue paratæ siue alias
ratione, ubivis locorum, et apud quascunq; personas obligatas, certis
de causis, uire caduco post quendam Joannem Wolski, Incolam War-
ten, ad fiscum nrum Regium, devolut, Nobili Alberto Drabowski
militi sub signis Inoſi Dzialoss, Notmagistri nostri,
nobis et Reipub.æ militarem operam nauanti, dan et conferendas
duximus, utiquidem uire perpetuæ, et irrevocabilis donationis, da-
mus et conferimus, pntibus lis nris. Jta ut eadem bona omnia et sin-
gula, uire adeat, adeptaq; teneat, habeat, et possideat, ut suosq; suos, ac suc-
cessorum, conuertat, perpetuis temporibus. Quod omnibus et sin-
gulis, præsertim uero Magratui Cuiusli Wartsen, aliisq; quibuscuis,
sub quorum Jurisdone, bona eadem existunt, notum esse uolumus, man-
dantes, ut requisiti, à prafato Donatario nro, siue ejus nuncio, man-
tanio, bona omnia supraspta, illicò in realem et actualem pos-
sem tradant, et assignent, curentq; ut sine mora et difficultate
quauis, ejs potiatur bonis. In cuius rei fidem ppa
Datum Varsauiæ die XXVI Mensis Aprilis Anno Domi-
ni MDCXXV. Regnorum ut supra.

Sigismundus Rex

Joannes Lyski

Succamera ziatus Belzen.

Generoso

Generoso Bartholomæo Bel[z]zeckÿ confertur.

Sigismundus &c. Deigrã[z]ã Significamus &c. Cum nos, in Ex.
ornandis, muneirandisq[z] subditis nris, ducere rationem, ut quos ob
familiæ claritudinem, auitamq[z] Nobilitatem, et gentilitia decora,
caros habemus, libenter ornemus, accessionibusq[z] ipsorum, benigne
faueamus. Jam uero, et illos etiam beneficentia, et liberalitate
nrã Regia, dignos censemus, amplioribusq[z] officijs, et muneribus
gerendis, admouere solemus, qui aliquo munere, sibi à nobis de-
mandato, ita functi sunt, ut sibi, ad altiora quæque consequen-
da, uiam aperuerint. Quapropter, cum in Egregio Bartho-
lomæo Bełzecki, Vexilifero Bełzen[z]i, nihil quod, vel ad
stirpis splendorem, vel præclara facta, illustriq[z] erga nos, et
Reipub.[m] merita, pertineat, quisquam desiderare possit, in
Vexilliferatus, porro munere, ita se gesserit, ut semper, bona-
rum partium, patriæq[z] et publici boni, amantis sui, nomen ab
omnes mereretur, dignum iudicauimus, cui benignæ uo-
luntatis Regiæq[z] munificentiæ nrã significationem declara-
remus. Cum itaq[z] post erectionem Egregii Matiæ Lesnic-
zeski, ex Succameriatu Terræ Bełzen[z]is, ad Castellanatum
Bełzen[z]e, Dignitarij, Officiales, et Nobilitas Palatinatus

illius

illius, inter quatuor Candidatos, munere Succameraniatus gerendo idoneos, prafatum Iosuã Bartsolomæum Betzecki, Vexilliferum Terræ Betzen, nobis proposuissent, ipsi potissimum munus hoc, sic ut præmittum est vacans, dandum et conferendum esse duximus, vti quidem damus, et conferimus pribus trisnis. Ita ut illud, ad extrema vitæ suæ tempora, vel amplioris alicuius dignitatis assecutionem, cum omnibus iuribus, prærogativis, comodis, ac utilitatibus, gerat et obtineat. Quod Universis et singulis, quorum interest, præsertim vero Dignitarys, Officialibus, ac universæ Nobilitati, Palatinatus Betzen, notum esse volumus, mandantes, vt memoratum Iosuã Bartsolomæum Betzecki, pro vice-zo et titulo Succaneranio Betzen, habeant et agnoscant, suis, dominis ipsius pareant, ipsique de loco, iuribus, prærogaturis, obuentionibus, emolumentisque universis, ad officium et munus hoc, de lege vel consuetudine spectan, respondeant, et quantum in ipsis est, ab alijs responderi curent. In cuius rei fidem præsentes Datum Varsaniæ, die XXVI. Mensis Aprilis Anno Dñi. vt supra

Sigismundus Rex Joannes Lipski.

Pensio in Zuppis Wielicien.

Honesto Stephano Kalina dat.

vp. Sigismundus M. Dei gra Rex Polonia &c. Significamus &c.

Quia nos

Quia nos, ad supplicationem certorum Copschianorum nrorum pro.
Honesto Stephano Kahina, Agazoni nrō, apud nos fautam, laben;
tes rationem scultitorum ipsius, eidem pensionem annuam, in
Cuppis nris Wielicen, post mortem Martini Szumka vacan,
iacet, pro quolibet Mense, florenō quatuor et duodecim grothos,
monetæ Polonical, dedimus et contulimus, utiquidem pri
pribus his, damus et conferimus, ad extrema uitæ suæ tempora
Quod ad notitiam omnium et singulorum, præsertim uero, Admi;
nistratoris Cuppanum nrarum, Wielicen, modernorum, et pro
tempore existentium, deducimus, mandam, ut prædictam pensi;
onem, singulis Quartualibus, eidem Stephano Kahina, sol;
uant, et numerent, soluiq et numerari curent. In cuius rei fidem sigillum nostrum.
In cuius rei fidem &c. Datum Varsauiæ die XXX Men;
sis Aprit. Anno Domini ut supra
Sigismundus Rex Stephs Bakowiecki.

Aduocatia in Villis Brodnin et Brzeg dictis. Nobili Sigismundo Wolski militi conferuntur.

Sigismundus M. &c. Significamus &c. Dedisse nos, damq; præ; Ex.
sen literis nris, facultatem, et consensum nostrum, Nobili Si;
gismundo Wolski, militi nostro, qui seruitia militaria
tam

tam in alys nrys Expeditionibus bellicis, quam in prætenta con;
tra Imperatorem Turkarum, suscepta, sub signis Invict. Mat;
tini Kazanowski, Castellani Halicen, nobis et Regno prafti;
tit, Advocatias in Villis nris Brodnin, et Brzeg dictis in
Palatinatu Siradien Capreatu, sive Pertinentiis Sadkowien exi;
sten, certis de causis, ad disponen nram Regiam, devolutas
de manibus modernorum, quorumvis nullo iure postorum, eximen,
seu aliqua iuris via, et ordine, eliberan, et in suam potestatem
vindican. Quas quidem Advocatias, modo prämisso eliberat,
cum omnibus fructibus, proventibus, agris, pratis, cumbis, pisci;
nis, Portis, colonis, eorumq laboribus et censibus, molendinis
tabernis, omnibusq gnalr attinen, pertinen, antiquitus ad eas;
dem Advocatias spectan, tenebit, habebit, et possidebit ad exte;
ma uita sua tempora. Promittimus autem pro nobis et Sez[mis]
Successoribus nostris, eum nos, ab usu et potione prafatarum Ad;
vocatiarum, non amoturos, neq alienaturos, aut amovendi, vel ch;
enandi, potestatem daturos, sed salvum et integrum Jus Adnota;
tium ipsi conservaturos, quod et Sez[mi] Successores nri prafta;
bunt. Post decessum vero ipsius, non prius Advocatia prafa;
ta, ad nram Successorumq nrorum, dispositionem redibunt, quamsum;
ma, in literis originalibus expressa, persoluta fuerit. Juribus
nostris Regalibus Reipub.ae et Sacta Catholica Salutis

in toto

in toto manen̄. In cuius rei fidem presentes manu nrā subscrās
Sigillo Regni communiri iussimus Dat. Varsauiæ, die II.a Men;
sis May Anno Dñi MDCXXV. Regnorum nostrorum
Poloniæ XXXVIII. Sueciæ XXXI. Anno
Sigismundus Rex Stanislaus Bakowiecki

Consensus adcedēn̄ Molendin̄ in fluuio Dobrzyca sit. Gnoso. Wechadtowski militi datur.

Sigismundus III. &c.a Significamus &c.a Hermanne Nos, per; Ex.
mittere presentibus literis nris, Ihroso Remigio Wędsadowski,
militi nro, de nobis et Reipub.ª optime meriento, ut postu
rare admutahtio, sibi super Pertram Mensuram, Molendini
cum Dustatibi, ad Villam Hamer, in fluuio Dobrzyca Caprea;
tus Walecen̄ sit, Sculletramq; ibidem exstruendi, semente, Nobili
Alberto Boszkowski, cedere, et transfundere. Quæ quidem
cessio, postquam coram Actis quibuscunq; Regni authentice,
time peracta fuerit, nobis grata et grata erit, eaq; et presentis
Consensus nri, vigore, prafatam Pertram mensuram Molendi;
ni, et Sculletram cum fundis, agris pratis, campis, sylvis pas;
nis, angulariis, tabernis, commodis utilitatibus proventi;
bus, omnibus demq; et singulis attinen̄ et pertinen̄, eodem ar;

trgintes

tigutus spectan, ri lacubus liberam piscaturam, lignorum omnium libera coctura, memoratus Borzkowski, tenebit, habebit, et post; debit, ad extrema uita sua tempora, Promittimus autem pro nobis, et Ser.mis Successoribus nostris, nos eundem Borzkowski, quam diu orient, in usu et pacifica possone, prafata Petra mensura, et Sculteria conseruaturos, Serenissimig Successores ni conseruabunt. Post obitum vero ipsius, non prius eandem ad dispositionem nram recepturos, quam summa ibidem inscripta, vel ex taxa commissionum proueniens, ipsius Successibus, fuerit integre persoluta. In cuius rei fidem sps. Datum Varsauiæ die IIa Mensis Maij Anno Dni ut supra

Sigismundus Rex Laurus Szatapski

Cautio super prastandu iuramentu Senatorum per Ser.mum Principem Ioannem Albertum Episcopum Varmien

v.p. Sigismundus III dpa Significamus tpa Quod cum Divina ita ordinante providentia, Ser.mus Princeps Joannes Albertus filius noster Pertrogentus praclara vocationis diuinæ in prima tenentatæ ætatis sese non obscure proden tis indicia præferens sacro ordini, adscribi cuperet non potuimus, neq debuimus, diuino consilio ac voluntati

v.fragari

refragari, inclinationemq eiusdem Sez.mi filij mi, diuinitus inspiratam
morari. Postquam uero, ad Diuinam uocationem, Apostolicæ quoq
Sedis uoluntas, et auctoritas accessit, quorum alteram post habere
temerarium, alteri reniti prorsi nefas erat; succurrit tandem
ut idem Sez.mus Princeps, Joannes Albertus ad Episcopa-
tum Varmiensem, morte Rndi in Chro Pre Dni Simonis Lu-
dnicki, nacanter, ex eadem S.tæ Sedis Aplicæ, auctoritate et
uoluntate, Venerabilis Capituli Ecclesiæ Cathedralis Warmi-
ensis, libera Electione, nobis nominantibus, rite et canonice
promoueretur. Quod ut ad Dei omnipotentis gloriam, Ecclesiæ
ac Reipub.æ comodum, et ornamentum, nostriq Regiæ Domus
solatium cedat. Deum Summum, et optimum rei huius auc-
torem, precamur. Caterum cum Episcopalis in hoc Regno Dignitas
Senatoriam adnexam habeat, ea de causa, idem Sez.mus Filius
noster nobis, uel Successoribus nris, Sez.mis Regibus Polonia,
posteaquam ad legitimam ætatem peruenerit, et locum in
Senatu, inter alios Senatores, et Consilianos Regni habiden;
gratum obtinere uoluerit, Juramentum more aliorum Consili-
anorum Regni præstare erit obstrictus. Quod etsi eum in
quantum ea Episcopatu, et Dignitate Senatoriâ frui uolue-
rit, ultro præstiturum non ambigamus, quo tamen scrupulum
hunc, et dubitationem omnem, cuiuis alter suspicanti, exi-
mamus, Speciali nostro Diplomate pro filio mo Sazno

ratione Summodi Juramenti, cauere uoluimus, prout uerbo
nostro Regio, cauemus et policemur. Assecurantes Reipub.
pntibus liis nris, Sez.mum Filium nrum, Joannem Albertum
Epscopum Warmien, si loco in Senatu potiri, et gaudere uolent
Juramentum Consiliariorum Regni, de more ac instituto Reipub.
prestiturum, eaq; ora, qua Senatorian Drgntatem, conuenunt obser-
uaturum, ac voluntati ea in parte nrae Paternae, atq; exspe-
ctationi praesentiq; cautioni atq; assecurationi, cumulate respon-
surum. In cuius rei fidem pnas Dat.m Varsoniae die 11.a
Mensis May Anno Dni MDCXXV.to Regnorum
nrorum Poloniae XXXVII.mo Sueciae XXXI.mo Ann.
Sigismundus Rex.

Iure Caduco bona cuiusdam Ianicki Incolae Lublinen Nobili Ioanni Zbikowski dantur.

v.g. Sigismundus III.tus Significamus pnas Quia nos bona omnia
mobilia et immobilia, summasq; quasuis pecuniarias, siue parat,
siue aliqua ratione obligat, ubicunq; locorum, et apud quas-
cunq; person, in Regno, et Dominijs nris existen, post obitu
cuiusdam Janicki, incolae Lublinen, certis tenisq;

de cauns

de causis ad fiscum dispon.emg nram, uire caduco devoluti Nobili Joanni Zbikowski Servitori nro dmsg ltis Successoribus, uire perpetuo, et irrevocabilis donationis, dan. et confiren. exi. duxi; mus, damusg et conferimus pntibus lris nris. Jta ut eadem bona omnia, sumasg pecuniar, riguirat, uire adeat, et in pos; sem suam effectualem, uinduct. ui suosg ac Successum suo; rum, benoplacitos usus convertat. Quod omnibus et singulis officijs, et Magtibus, tam castren, quam civilibus, sub quorum Jurisdictione, bona prafata, ac personis, apud quas summa suprascripta, existunt reperta fuerint, notum esse volumus: mandamusg ut requisiti, a predicto Donata; rio nro, sedulo curent, ut sine quavis mora et difficultate, bo; mis suprascriptis, ac summis pecuniarys potiatur. Ceogra mā. In cuius rei fidem &c. Datum Varsauie die X. Mensis Maij Anno Dni Ot supra.

Sigismundus Rex Joannes Lypski.

Wybranstwo Vczciwemu Stanislawowi Slotowskiemu ze Wsi Slotowey dane.

Zygmunt Ill. &c. Wszem wobec y kazdemu zosobna, co; ucz. mu tho wiedzieć nalezy, oznaymuiemy. Jsz my zalecone

onaiąc

maiąc wierne y stateczne posługi Voziwego między Stanisła-
wa Słotowskiego Mirza nazwanego, ze Wsi Słotowey y
Dzwonowey, do Dzierżawy naszey Lilzmenskiey wybran',
ca należącego, ktoremi on nam y Rzpltey, po wszytkie expedi-
tie Woienne, wygadzał, po ześciu z tego świata, Synowi iego,
Voziwemu Stanisławowi tosz, Wybranstwo prawem tymże
dożywotnym, daiemy y conferuiemy, pozwalaiąc mu wszela-
ką wolność, zażywania wszytkich dobr, to iest gruntow
roli Micinskiey, ogrodow, Jezior, stawow, rzek, nawsi, tak
paszy, tak leśney iako y polney, rąbania drzewa, chrostow,
y wrzenia ich na opał, y na poprawę tylko własną budowa-
nia domowego, zlasow naszych Zurowskich, y innych do
Dzierżaw Lilzmenskich należących, do tego piwa y go-
rzałki warzenie, dla siebie, y domowey iego potrzeby mu po-
zwalamy. Nad to czymiemy go wolnym, z gruntow pome-
nionych Wybranskich, krom dziesięcin, od wszelakich wo-
łow, stuzb, Czynszow, zaciągow, staty, y od innych wszy-
tkich podatkow, ktorezą, albo Dzierżawcy naszemu
Lilzmenskiemu, poddani inszi zlożyć Wsi odprawować
zan będą powinni. O do wiadomości wszytkich komu to
należy, donosząc, mianowicie Vrodzonemu Woyciechowi
Boboli, Dzierżawcy naszemu Lilzmenskiemu, y innym

po mian

po mem będącym, Libzmenskim y Zurowskim Dzierzawcom
woiewodms mec cdcomy, roskazuiąc aby przerzeczony Stanislaw
Szlotowski Wybranicc nasz, tycd Wolnosci sobie zlaskina;
szey, na Wybranstwo nadanyed, swobodnie zadzywaiąc, za;
dney niod kogo turbatiey nie cierpiał, ale według oney we
wszytkim byd zachowany. A gdyz zupełnego lanu Wy;
brancowi kazdemu należącego, do tyd czas niema, aby natym;
że granicę, po okazaniu tema tdego listu naszego, zupełny
lan rohey, dobrey, podług opisania prawa potpolitego wymie;
rzony y wspokoyne iego przywanie podany byd. Na co dla
lepszey wiary, własną ręką tden list nasz onemu podpisawszy
pieczęć Koronną przycisnąć roskazaliśmy. Dan w War;
szawie dnia XXI° Miesiąca Maia Roku Pańskie;
go MDCXXV. Panowania Krolestw naszych Pol;
skiego XXXVII° Szwedzkiego XXXI° Roku

Sygismundus Rex

Jure Caduco bona cuiusdam
Milewski Jncola Liechanouien
Nobili Wroblewskj militi dantur

Sigismundus M.ra Significamus Vra Quia nos, bona omnia &c.

mobilia et immobilia, summasq; quasuis pecuniar. sue parat. si;
ve aliqua ratione obligatas, ubicunq; locorum existentes, et apud
quascunq; personas habitas, morte cuiusdam Alberti Milew.
ski Jacobi Cziechanowien., ad nos fiscumq; nrum, certis tamq; de
causis, uide caduc denolut Nobili Matthaeo Wroblewski
mihi nro, qui sub signis Jnsi Chicki, Rotma;
gestu nu, a primis annis, in variis bellicis expeditionibus
stipendia merunt, eiusq; ltris succonibus, uide perpetuae
et irrevocabilis donationis, dan. et confern. exc duximus,
damusq; et conferimus p.ntibus bris nris, per eundem uide
adeun., vindican., adeptaq; teren., haben., possiden., et in suos
Succonumq; suorum usus quosuis beneplacitos, perpetuo conver.
ten. Quod ad omnium quorum interest, praesertim vero Agra;
tus Cuhis Cziechanowien., aliorumq; quorumuis, sub quorum
Jurisdone, bona praefata existunt, notitiam deduci, manda;
mus, ut requisiti a memorato Matthaeo Wroblewski, vel
ipsius Mandatario, bona suprascripta omnia, in realem
et actualem possionem, tradant, et assignent, curentq; ut sine
ullis mora et difficultate, eidem potiatur. Jn cuius rei fidem
nostra. Jn cuius rei fidem p.ntes manurra subscripta
Sigillo Regni communiri iussimus Dat. Varsoviae
die XXVI Mensis May Anno Dni ut supra.

Sigismundus Rex

Jacobus Szalapski

Jure

Iure caduco bona cuiusdam
Hedwigis Glucka. Nobili Va:
lentino krusinski confe̅runtur.

Sigismundus III dei Significamus dei Quia nos bona mobi; v. u.
lia et immobilia, summas quasvis pecuniarias, tam parat
quam aliquâ ratione obligat, ubicunq; locorum et apud quas;
cunq; person, in Regno et Dominys nris existes, post mortem
cuiusdam Hedwigis Glucka, Diuerbitricis, cortis ltimisq;
de causis, ad nos, et dispositionem nram deuolut, Nobili Va:
lentino Krusinski, Cubiculario nro, iure caduco dan et con;
ferend exe duximus, damusq; et conferimus pntibus lris
nris; ita ut eadem bona omnia tam mobilia quam im;
mobilia, tum et summas quasvis pecuniar, vbicunq; re;
perta fuerunt, iure adeat, et in possessionem suam inducat
teneatq; habeat et possideat, ac in suos suorumq; succes;
sum quosvis beneplacitos usus, eodem iure conuertat. Quod
omnibus et singulis, notum esse volumus, præsertim vero
Magratui Ciuili Varsauien, mandan eodem, vt requisiti
a prædicto Donatario nro, vel ejus Mandatario, eidem
bona omnia supraspta, quæcunq; et quotacunq; vspiam
reperta fuerint, virtute pntis donationis nræ, illi in realem

et

et actualem possonem tradant, et assignent, curentq, ut sine
quauis mora et difficultate eisdem bonis quamprimum potiatur.
Do grā nrā aliter non facturi. In cuius rei fidem Ptās Dat
Varsauiæ XXVI. Mensis May. Anno Dñi. ut supra.
Sigismundus Rex.

Iure caduco bona quorundam Alberti Scoti, Szadkouien, et Laurenty Lencicien. Incolarum Nobili Hulsan conferuntur.

Rx. Sigismundus M Ptās Significamus Ptās Quia nos bona omnia
mobilia et immobilia, summasq quasuis pecuniar, ubicunq
locorum existen, certis de causis, iure caduco, post quosdam Al-
bertum Scotum, Incolam Szadkouien, et Laurentium Wieru-
czyk Incolam Lencicien, ad dispositionem nram deuolut,
Nobili Melchiori Hulsan Stipatori mo dan, et conferen
esse duximus, uti quidem damus et conferimus p̄sntibus brīs
mis. Ita ut eadem bona omnia, iure adeat, adeptaq teneat, et
possideat, in ususq suos, ac suorum Successorum, quoruis beneplaci-
tos conuertat, temporibus perpetuis. Quod omnibus quorum in-
teresse, p̄sertim uero Mgratui Pulti Szadkouien, et Lan-
cien, notum esse uolumus, eisdemq mandamus, ut requisiti
à p̄fato Donatario nro, seu ejus Mandatario, bona

ora

omnia suprascripta quæ uspiam reperta fuerint, sine ulla mora extradant, extradiq curent. Eo gñâ nrâ. In cuius rei fidem ꝓ. Dat. Varsauiæ die XXVI. Mensis Maj. Anno Do; mini Ot supra

Sygesmundus Rex Paulus Szalapski.

Iure caduco bona quorundam Ioannis & Iacobi Scotorum Nli Aboinowskidantz

Sygismundus M ꝓta Significamus ꝓta Quia nos bona qua v.u.
mobilia et immobilia, summasq quasuis pecunias sine parat, sine aliqua ratione, ubinis locorum obligat' certis de causis post quondam Joannem Lunygda et Jacobum Kraga, Scotos uagos, iure caduco ad fiscum nrum Regium denolut, Nobili Alberto Boinowski, mihiq qui sub signo Magæ olim Caroli Bodkiewicz Mag. Dnc. Lits. Executum Fere; ralis, in compluribus expeditionibus bellicis, mihi tarem operam nauauit, dañ et conferen esse duximus, uti quidem damus et conferimus ꝑntibus lris nris. Jta ut eadem bona omnia et singula, iure adeat, adeptaq teneat, habeat, et posi; deat, in vsusq suos beneplacitos, ac suorum successorum, con; uertat temporibus perpetuis. Quod omnibus quorum inter; est, nominatim uero, Magistratibus quibuscunq, tam Castren

gram

quam Cuiibus, sub quorum iurisdõne bona prafata existunt notum esse volumus, quodq; mandamus, ut requisiti à prafato Donatario mõ, siue ipsius Mandatario, bona omnia suprascripta illicò in realem et actualem possessionem tradant, curentq; ut quamprimum ijs potiatur bonis. In cuius rei fidem &c. Datũ Varsauiæ die XXVI. Mensis May Anno Dñi ut supra.

Sigismundus Rex Laurus Szatapski.

Iure caduco bona quorundam Joannis Maul et Blazei Incolar Rouen Nobili Joanni Baille dantur.

Ex. Sigismundus M.s Significamus v.s Quia nos bona ora mobilia et imobilia, summaq; quasvis pecun, sive paratas, sive aliquâ cõne, ubivis locorum, et apud quascunq; personas obligatas, certis de causis, iure caduco post quondam Joannem Maul, et Blazeum Incolas Rouenses, ad fiscum nrum Regium, denolut, Nobili Joanni Baille, cui, ficulario mõ, cuius promptum in nris et Regnib obsequijs studium, optimè perspectum habemus, dan et conferen esse duximus, uti quidem damus, et conferimus, Tenore hteris nostris. Per ipsum, bona omnia suprascripta, Successoresq; eius

tenen

tenen? Saben? ponden? alienan? Donan? in usus? suos ac suorum
successorum? conuerten? temporibus perpetuis. Quod ad notitiam om;
nium quorum interest, praesertim vero Magistratus civilis Rovensis
aliorumq? quorumvis, sub quorum iurisdone bona praefata exnt
deducen? ydem mandamus, ut requisiti à praefato Donata;
rio nro, siue ipsius Mandatario, bona omnia memorata, sum;
masq? quasvis, illi ipsi extradant, extradq? absq? omni difficul;
tate curent. Dno grā nrā. In cuius rei ydem pntes mā;
nu nrā ffā Datū Varsaviae die XXVIIa Mensis
May Anno Dñi ut supra

Sigismundus Rex Joannes Lipski

Iure caduco bona cuiusdam Ioañ Roza Nli Ioanni Zaleski militi dantur.

Sigismundus III ffā Significamus ffā Quod cum bona omnia v. 21.
mobilia et immobilia morte cuiusdam Joannis Roza, ad nos fiscumq?
nrum caduco iure devoluta essent, nos ea omnia et singula, tam
mobilia quam immobilia summasq? pecuniarias ubivis existen? No;
bili Joanni Zaleski, militi nro, ob egregia ipsius in nos Reng;
publicam merita ac virtutem militarem, quam nobis sub signis
Imo? Stanislai Niemiera, Castellani Podlachiae, Rotmagistri
nri, militando, fortiter? et constanter? comprobant, dandae et

conferenda esse duximus, uti quidem damus, et conferimus fratribus
gudem Fiscalibus nris damus, et concedimus ad extrema uita sua tempora. Quod ad notitiam omnium et singulorum præsertim ceterorum Administratorum Zupparum nrarum Wchicrem, mo; dernis, et pro tempore existen, deducimus, mandamusq; ut præ; dictam pensionem, singulis Quartualibus, eidem Laurentio Artifici Curruum soluant, et numerent, solui et numerari curent. pro gea nra. In cuius rei fidem &c. Dat. Var; saniæ die XXVI. Mensis Junij Anno Dni &c. Sup.

Sigismundus Rex Joannes Lipski

Consensus Generosæ Zophiæ Aniszkowa adceden Tenutâ Radzinen datus.

Ex. Sigismundus Mag. Significamus &c. Cum nos in ornandis muneribusq; subditis nris, ducere rationem, ut quos animaui; tus, et gentilitia decora commendant, eos gratia et beneficentia nra Regiâ, dignos censeamus. Sed certo merita militaria, cum stirpis claritudine connuncta, longè maiorem in nobis erga uiros, tam maiorum, quam sua ipsorum uirtute, et meritis claros, excitant affectum, quippe qui pro nostrâ et Reipub. salute, potiorem ætatis partem, cum uitâ priuatarumq; fortunarum dispendio, rei militari dederunt.

Ex eorum

Ex eorum numero esse, Inosum Andream Mniszek, de Magnâ Kunczyce, præclarè compertum habemus. Câ enim familiâ, ex qâ maioribus ortus est, ex quibus, tot boni publici, et patriæ amantes Cives, grauissimiq; Senatores, prodiere. In minoribus porro, cum Illri et Magco olim Stanislao Zolkieuio, Exercituum nostro; ejus Duce, ita uersatus est, ut eum non propositorum stipendiorum ratio, aut optimarum ex hostibus prædarum spes, sed fer; uens, alacre, et indefessum Nobis, et Reipub.æ inseruiendi stu; dium, ad eam traxisset, quo fuit, ut in barbaricam seruitu; tem redactus, eas quas huiusmodi casus parere solent, cala; mitates perpessus esset. Cuius quidem ipsius erga nos et Reipub.m meritis, nos pro eo, ac par. benignæ uoluntatis affectu respondere uolentes, sicut nullam antea fortunarũ ipsius subleuandarum, amplificandarumq; prætermisimus occasionem, ita cum Inosa Zofia, à Działyn, olim Inosi Nicolai Mniszek de magna Kunczyce, Capnei nu Lukowcą, et Osiecą, relicta consorte, induxisset in animum, de toto et integro iure suo, quod ipsi super Pensutam nram Radzyncą cum prædio Bratta, et Villis Dworzec, Plu; dy, et Wolka, ablisq; eo pertinen, à nobis competit, cede; re, illudq; in personam prædicti Inosi Andreæ Mniszek de Magna Kunczyce, Ostrolęcensis, Osiecensisq; nostri Capnei, et Inosæ Sydoniæ Vrsulæ, ab Ortemborg Conjugũ

transfundere

transfundere, et plenarie transferre, sacule Suie rei assensu
nostrum prebuimus, prebemusq; pntibus literis nostris, at ex-
sionem ipsam, ubi coram Actis quibuscunq; Regni, aut sentias,
facta et recognita fuent, ratam et gratam habituri sumus.
Ita vt eius et pntis consensus nri virtute, memorati Conii;
ges, pradictam Pennutam Radzinen, cum Oppido Radzyn,
Pradio Biatla, et Villis Glwone, Ptudy, et Wolka ali;
is eo pertinen, necnon cum ommbus agris, fundis, pratis, ca-
pis, sylvis, stagnis, molendinis, tabernis, subditis eorumq cen-
sibus laboribus (ita tamen ne eos insolitis aggravent) at;
tinenq et pertinen universis, antiquitus eo spectan, in;
solidum, teneant habeant, et possideant, ad extrema vita
rumq tempora. Promittimusq; pro nobis et Sedis Sue;
cessoribus nris, non esse nos Sermosq Successores nros, me;
moratos Conuges, ab usu et possone supraspecificatorum
bonorum, unquam amoturos, aut amoven cuipiam potestate
concessuros, imo salvum et integrum eis adultate, utriq;
eorum insolidum conservaturos. Ratione cuius adultati;
tatis, eam summa partem, in eisdem bonis inscripta, qua
ex prascripto legum remittenda venerit, nobis et Regno
remittere et condonare, curiamq; ac alia edificia sar;
ta tectaq; conservare eidem Conuges tenebuntur.

Insuper

Juribus quog nris Regalibus Reipub.ae et Cultâ Catholicâ
Salvis manen.. Jn cuius rei fidem &ca. Dat.m Varsaviæ
die XXX.a Mensis Junij Anno Dni. MDCXXV.o
Regnorum nrorum Poloniæ XXXVII.mo Sveciæ XXXII.do &.
Sigismundus Rex Joannes Lypski

Consensus ad eximen. Molen.
dinum sub Oppido Gambin
Abrahamo Sitte Musico datur.

Sigismundus M.sa Significamus. &ca. Quia nos benignam ratio- &.
nem habentes, servitiorum Gregij Abrahami Sitte, Musici nri,
quæ nobis summa cum fidei, atq; diligentiâ testificatione, à com-
pluribus annis, probat. erden consentiendum et permittendum esse
duximus, ut ponat et valeat, Molendinum seu apsus Pertiam
mensuram, sub Oppido Gambin existen. morte Arberti Jaro-
szewski, Miatis Regni Gnatis, ad dispositionem nram devolut.
de manibus moderatorum, tanquam nullo iure possorum, certis pe-
cuniarum summis redimere, seu aliâ quâuis ratione suâ et ordi-
ne in possionem suam, vindicare. Quod quidem Molendinum,
seu apis Pertia mensura, modo præmisso exempt. præfatus
Musicus noster, cum omnibus, aquis pratis, campis, sortis la-

cubes

cubus piscinis Stagnis attinentijsq; et pertinen̄ uniuersis antiquitus eo
spectan̄ tenebit, habebit et possidebit ad extrema ulta̅ sua̅ tempora..
Promitten̄ pro nobis et Sez̄mis Successoribus nris, non esse nos memora̅.
tum Egregium Abrahamum, Musicum nrum, abusu et posto̅.
ne eiusdem Molendini, sex ypsius Partis mensuras, amoturos,
aut amouen̄ cuipiam potestatem daturos, sed saluum et integrum
iis aduitale, ypsi conseruaturos. Post mortem uero ypsius, non
prius dispositio eiusdem Molendini, sex ypsius Partis Mensu̅.
surā, ad nos Sez̄mos Successores nros redibit; quam summa
ibidem bonā̅ fidē̅ inuenta, uel ex taxa Comissionum proue̅.
nens, Successoribus ypsius persoluta fuerit. Juribus nisi Re̅.
galibus Reipub.ae et Eccl̄ae Catholicae saluis. In cuius rei
fidem &c. Datum Varsauiae die XXX Junij Anno
Domini ut supra.
Sigismundus Rex Joannes Lipski

Pensio viginti quatuor grossorum in Zupp. Wielicen. Rotifica dat.

rep. Sigismundus III &c. Significamus &c. Quia nos ad Supplica̅.
tionem certorum Consiliariorum nrorum, pro Honesto Seba̅.
stiano Rotifico Stabali nri, apud nos facta̅m, habentes
Relationem seruitorum ypsius, eidem pensionem annuam, in

Zupps

Zuppis nris Wielicen, post mortem Valentini Laprocki, Fabri Stabuli vacantem, scilicet pro quâlibet septimanâ, Viginti quatuor grossos, moneta Polonicalis, dedimus, et contulimus, uti quidem Tenore presentibus damus, et conferimus, ad extrema vitæ sua tempora. Quod ad notitiam omnium et singulorum, præsertim vero Administratorum modernorum Zupparum nostrarum Wielicen, et pro tempore existen, deducimus, mandamusq; ut prædictam pensionem singulis Quartalibus, eidem Sebastiano Notifici soluant et numerent, solutq; et numerari curent. Pro gra nra. In cuius rei fidem &c. Datum Varsauiæ die 1. Julij Anno Dñi MDCXXV. Regnor nrorum Poloniæ XXXVII. Sueciæ XXXII. Anno

Sigismundus Rex Joannes Lipski

Pensio gs. 24. in Zuppis Wielicien Matsia Serifabro data

Sigismundus M.P. Significamus &c. Quia nos ad interces- v.p.
sionem certorum Consiliariorum nrorum pro Honesto Matsiâ Serifabro Stabuli nri, apud nos factam, habeq; rationem seruitiorum ipsius, eidem pensionem annuam, in Zuppis nostris Wielicen, post mortem Honesti Valentini La-

procki

Procki Fabri Stabuhnü, vacan? habuit pro quabbet septi-
mana viginti quatuor grossos, monetæ Polonic? dedimus et contu-
limus, uti quidem hisce pntibus hris nris damus et conferimus
ad extrema uitæ suæ tempora. Quod ad notitiam omnium et sin-
gulorum, præsertim uero Administratorum moderatorum Tyn-
parum nrarum, Wiślicien? pro tempore existen? dedimus, manda-
musq; ut prædictam pensionem, singulis Quartalibus eidem
Matiæ Serifabro, soluant, et numerent, soluiq; et numerari cu-
rent. Pro gra nra. In cuius rei fidem &c. Dat? Varsa-
uiæ die 1a Mensis July Anno Dni ut supra.

Sigismundus Rex Joannes Lyski

Conservatio Alberti Rosek in usu molendini in Villâ Parzyce exist?

Ex. Sigismundus M. &c. Significamus &c. Conseruasse nos consen-
ré pntibus hris nris, Honestum Albertum Rosek, olim Stani;
Mai Rosek Molendinatoris fidelem, in usu, et pacifica possessione mo-
lendini, seu eius Pertica Mersuæ, in Villâ nra Parzyce, Cracouien.
Lanciden? existen?, Ita ut illud cum agris fundis, pratis, campis &c.
tis syluis attinentysq; et pertinen?, universis antiquitus esse;
cta?, et prout productus suus pater, tenuit et possedit, teneat
habeat et possideat, ad extrema uitæ suæ tempora. Quomitti;

muzg

mus; pro nobis & Sez.mis Successoribus Mis non esse nos meabla-
tum Albertum Josek Molendinatorem a persone et vsu dicti Mo
lendini seu eius Pertinencijs amoturos neq amouendi cuiquam
potestatem concessuros, imo salvum et integrum ius admitale ipsi cor-
servaturos. Post mortem vero ipsius non prius dicta bona ad
nostram Sez.mam Successorum nostrum disponem redibunt quam sum-
ma in literis Originalibus expressa, vel ex taxa Confirmationum
proximens Successoribus ipsius integre numerata et persoluta fue-
rit. Juribus Mis Regalibus Regni. Ecclesiaq Catholica
salvis manen. In cuius rei fidem &.ta Dat.m Varsa;
vna die 6. Mensis Julij Anno Dm vt supra.

Joannes Miłęcki.

Sigismundus Rex

Bona Joannis & Christophori Grotow Gnoso Niemira Jure Caduco confcruntur.

Sigismundus M.a &.ta Significamus &.ta Quia nos bona omnia mo- 1.m.
bilia et immobilia summasq quas suis pecuniarias sive paratas
sive aliqua ratione obligatas, vbicung vi Regno et Dnys
nis existen. post mortem Joannis et Cristophori Grotow
certis de causis ad fiscum et disponen nostram Jure cadu-
co deuolut Generoso Martino Niemira Judici Terrestri

Drohicen

Dro Sucien' ob constantem ipsius erga nos fidem prætlarag merita
dari et conferi' esse duximus, Oti quidem iure perpetuo et irre;
vocabilis Donationis damus et conferimus præsentibus hæres no-
stris per eum iure adeuñ' ing suam possionem vindicañ' teneñg habend'
et possidend' ac in suos et Successorum suorum beneplacitos vsus convertend'
perpetuo. Quod omnibus quorum interest presertim vero Magratui cuiuscuñ Dro
Sucien' cæterisq sub quorum Jurisdone bona p'fata existunt notum esse volu-
mus mandañ' Vt requisiti à p'fato Donatario nro siue eius Mandatario
bona eadem ora ipsi sine quauis difficultate et mora in realem et actu-
alem possionem tradant, curentq Vt quamprimum eidem possideat Do-
nis. In cuius rei fidem p'sentibus nostra Jn cancellaria nostra Dat' Varsauiæ
die 11. Mensis Julij Anno Dñi Vt supra

Sigismundus Rex

Joannes Lypski.

Pensio annua 130. flor'm in Sup;
pis Wieliczien Georgio Symonowicz
datur.

v.p. Sigismundus M. D. G. Significamus &c. Quia nos ad interuentionem
certorum Consiliariorum nostrorum pro Egregio Georgio Sy
monowicz Musico nro apud nos interpositam habentes ratio;
nem fidelium ipsius obsequiorum, quæ nobis a pluribus annis
hactenus præstat, eidem pensionem annuam Centum Triginta

flor'm

florenorum Polonic in Zuppis nris Wchicen, post obitum Ve;
nerabilis Laurentij Bartoletti, Musici nri carissimi, dan et con;
ferendum esse duximus, utiquidem damus et conferimus p̃sentibus his
nris, per eum, toto vitæ suæ tempore, tempore lenan et percipien
dum ad notitiam omnium et singulorum, præsertim vero Admini
stratorum Zuppar nrarum Wchicen nunc et pro tempore exi;
stentium deducen mandamus, ut supranominato Egregio Georgio Szy
morowicz, eam pensionem quotannis debito tempore, absq; ulla mora
et difficultate extradant. Quod nos, in ratiombus eorum visa qui
etatione eiusdem Donatarij nri, suscepturi ratum habituros;
mus. In cuius rei fidem &c. Dat. Varsoviæ die IV Men;
sis Julij Anno Domini MDCXXV. Regnor et supra

Sigismundus Rex

Joannes Lipski

Consensus ad eximen duos mansos in fundo Ciuitat Lancicien Nli Gorecki dat.

Sigismundus M. &c. Significamus &c. Dedim nos damus &c.
bus his nris facultatem et consensum nrum Regium Nobili Samue;
li Gorecki Cancellario nro Notario, ob eius merita, in Cancellaria
nra, per plures annos nobis præstita, ut possit et valeat du;
os Mansos seu lancos agri Oscdora nuncupatos, in fundo ci;
vitatis nræ Lancicen consistes, de manibus modernorum
tangnam nullo iure possorum, vestris pecuniarum summis, exi;

mere

mere, seu aliquâ iuris viâ et ordine, in suam vindicare potestatem,
Quæ quidem bona, modo præmisso eliberata, prædictus Robibis
Samuel Zorecki, cum omnibus agris, fratis, campis, Sylvis
pascuis, attinentijsq; et pertinen uniuersis, antiquitus eo spe;
ctan, tenebit, habebit, et possidebit ad extrema vitæ suæ tem;
pora. Promittimusq; pro nobis et Sor.mis Successoribus nis,
non esse nos Sor.trosq; Successores nros, eundem Donatarium no;
strum, ab usu et possone, dictorum bonorum, unquam amoturos,
aut amouendi cuipiam potestatem facturos, imo salvum et in;
tegrum Jus admitale, ipsi conservaturos. Juribus nris Lega;
libus Reipub.æ Ecclesq; Catholicæ salvis. In cuius rei fidem
præntes ffas Dat.m Varsaviæ die V. Mensis July An;
no Domini MDCXXV. Regnor. &t supra
Sigismundus Rex Joannes Milęcki

Consensus Inos. Parys ad eximendum Molendinum dict.m Spruck sub Oppido Czersk. dat.

Ex. Sigismundus &c. Significamus ffas. Consensisse nos
consentireq; præntibus literis nris, Inoso Adamo Parys Judici

Surrogato

97.

Surrogato Capreatus Czernen; Aulico mo, ut possit et usakat, Mo;
lendinum dictum Sprud, seu ipsius Pertam Mensuram, in rivulo
Czarna, sub Oppido Czersk sit, post mortem, olim Nobilis Ma;
tris Smolenski, ad nos disponeng nram denolut, de manibus
Successorum eiusden, ac aliorum ius et interesse aliquod, ad illud se
habere pretenden, iustis pecuniarum summis, in eodem stime
inscriptis, uel ex taxa Comittatiorum nrorum proueneng, re;
dimere, et eximere, seu alio quouis modo eliberare, redem;
ptumq, et eliberatum idem Molendinum, cum omnibus eius;
dem agris, fundis, pratis, comodis, fructibus prouentibus alti;
nen pertinen, antignitus ad idem Molendinum spectan, prout
ab immediato pottore pottidebatur, tenere, habere, pottidere, pa;
cifice ac quiete fuit, ad extrema usq; uitæ sua tempora. Lo;
mittimus autem pro nobis, et Serenis Successibus nostris, non
esse nos, neq; Serenos Successores, eum a pottore, et usufructu
adultali, dicti Molendini amotiros, aut alienaturos, sed
ipsi saluum, et illæsum iis Adultalitium conseraturos.
Post mortem uero ipsius, non prius Successores eius, de pra;
to Molendino, cedere tenebuntur, quam summa pecuniaria,
in exemptionem eorundem Bonorum, stime exposita, illis
integrè persoluta et numerata fuerit. Iunibus mis Le;
gatbus Reipub.æ et Ecclesiæ Catholicæ salui manen

In cuius rei fidem &c. Dat. Varsauiæ die V.a July Anno Dñi MDCXXV. Regnoꝝ vt supra.

Sigismundus Rex Paulus Szalayski

Consensus adcedeñ Aduocat in villâ Krzeworzec Gnoso Łochynski dat.

Ex. Sigismundus R. &c. Significamus &c. Consentire nos, Gnoso Alexandro Łochynski, Notario Castreñ Kaklen, ut possit et valeat de toto et integro iure suo, sibi super Aduocatiam, in villâ vrâ Krzeworzec, Capneatus Wiehunen, existen cedere, illudq in personam Nobilis Stanislai Krzczonowski, transfundere, et plenarie transferre. Quæ quidem cessio, iuriscq transfusio posteaquam coram Actis quibuscuis Regni aut Senticis, facta et recognita fuerit, ratam eam et gratam habituri sumus, vti quæ de Consensu Noſ nro peragetur. Vigore cuius quidem cessionis, et pactis Consensus nri, memoratus Nobilis Stanislaus Krzczonowski, prædictam Aduocatiã cum omnibus agris, pratis, campis, fundis, pascuis, sortis subditis, attinentijsq et pertinen omnibus, antiquitus ad eam spectan, tenebit, habebit, et possidebit, ad extrema vitæ sua tempora. Promittimusq pro nobis et Sez.mis Successoribus nostris non esse nos præfatum Krzczonowski ab usu et

possone

possione supraspt̃orum bonorum, unquam amoturos, aut amouendi curã;
am potestatem coniecturos, imo saluum et integrum iis aduitale ipsi
conseruaturos. Post mortem uero ipsius, non prius dicta bona ad no;
stram Sez.mam Successum nrorum disponem redibunt, quam summa
in literis originalibus expressa, uel ex taxa Commissariorum proueni;
ens Successoribus ipsius integre fuerit exoluta. Juribus nris Rega;
libus, Reipub.ae Ecclesiaq; Catholicae saluis manen. In cuius rei
fidem pntes fieri fec. Datum Varsauiae die VII.a Mensis Julij
Anno Dñi MDCXXV. Regnoq; nrorum Poloniae
XXX VII.o Sueciae XXXII.o Anno

Sigismundus Rex Petrus Tembicki

Consensus ad cedendã Villã Ma;
łyszyce Nobili Zopsia Duninowa
in personas Nobilium Rodziatkowskich dat.

Sigismundus M.ps Significamus tenore pntium Consensisse nos con; v.g.
sentireq; pntibus scriptis nostris, Nobili Zopsiae de Komiecko;
le, Duninowa, ut possit et ualeat, de omni et integro iure suo
Aduitalitio, quod sibi, super Villam Małyszyce, in Ter;
pretatu Opocznen siti, ferunt, Generosis Alberto et Cathe;
rinae Radziatkowskie, coniugibus, cedere, illudq; in persona
eorundem

eorundem transfunderc. Quæ quidem cessio, mixtq; transfusio, postequam coram Actis quibuscunq; Regni nri authenticis, tunc facta fuerit, nos eam ratam, et gratam habituri sumus, uti eam qua de consensu peragetur nostro. cuiusq; cessionis uigore, prænominati Coniuges, bona Villæ prædictæ, cum omnibus ad eandem Villam agris, pratis, campis, syluis, subditis, eorumq; laboribus, atq; in universum eiusdem Villæ, attinen. et pertinen. ad eandem ex antiquo spectan. nullis penitus exceptis, uel pro nobis, aut quopiam alio reservatis, ita prout prædicta, Nobilis Zopsia Duninowa, tenebat, ydemq; Coniuges, modo præmisso tenebunt, habebunt et possidebunt, ad extrema uitæ suæ tempora. Promittimus autem pro nobis et Sez.mis Successoribus nostris, nos prædictos Coniuges, quam diu uteq; illorum in uinis extiterit, ab usu et possone prædictæ Villæ, non amoturos, neq; cuipiam amoven. aut alienan. potestatem facturos, sed salvum et integrum iuris adnitale, eisdem conservaturos, quod et Sez.mi Successores nri facturi sunt. Ratio: ne cuius adnitalitatis summæ, in eadem Villa inscriptæ quartam partem, nobis et Regiæ condonare tenebuntur. Eisdem uero, è uita sublatis, non prius Villa prædicta, ad nos, disponemq; nram redibit, quam summa ex literis originalibus descripta, uel ex taxa Commissariorum

proveniens

provenient, illis integré fuerit persoluta. Juribus nostris Re;
galibus Ecclesiæ Catholicæ Reipub.æ q3 salvis manentibus.
In cujus rei fidem &ca Dat.m Jn. Osieck Die XI.a
Mensis July Anno Domini vt supra.

Sigismundus Rex Letus Lmistawski

Consensus ad eximen.m Aduocat.m in Villa Zalesie Capneatus Prze; cen. Nobili Paulo Koludzki dat.

Sigismundus &ca Significamus &ca Quod cum Nobilis Lauk &c.
Kołudzki, Cancellariæ nræ Notarij, promptum obsequendi studi;
um, probè cognitum et perspectum habeamus, pro nostrâ in eu
propensâ voluntate, faciendum duximus, ut ipsi Aduocatiam
seu Scultetiam, in Villâ nrâ Zalesie, ad Capneatum Przede;
cen. spectan., morte Nobilis Łokowski, ad disponem
nram devolut, daremus et conferremus; Vti quidem pr̃ntibus da;
mus et conferimus, cum omnibus eiusdem Aduocatiæ seu Scul;
tetiæ, agris, pratis, campis, hortis, lacubus, piscinis stagnis bo;
ris subditis, eorumq3 laboribus, censibus, attinentijsq3 et per;
tinen. universis, antigutus ad eam spectan., tenebit, habebt

et possidebit ad extrema vitæ suæ tempora. Promittimus pro nobis et Sez^mis Successoribus nris, non esse nos præfatum Nobilem Paulum Kochudzki, ab usu et possione, dictæ Advocatiæ seu Scultetiæ, amoturos, aut cuipiam amovendi potestatem da-turos, sed salvum et integrum iis adhitale, ipsi consenatæ nos, quod et Sez^mi Successores nri facturi sunt. Post decessum autem ipsius è vita, non prius ad nos disponendi viam præfata bona Advocatiæ, redibunt, quam summa in eisdem ttime insepta, vel ex taxa Comissariorum, rone eiusdem proveniens, Successoribus ipsius integre persoluta fuerit. Jn cuius rei fidem Regia Pat^a Varsaviæ die XII^a Mensis Julij Anno Dni ot supra.

Sigismundus Rex — Joannes Milęcki

Notariatus Terrestris Sanocen. Gnoso Sigismundo Dunikowski datur.

vp. Sigismundus M. ssa Significamus ssa Quod cum vacante munere, Notarij Terrestris Sanocen, post electionem Gnosi Stanislai Złotnicki, illius ultimi et immediati possoris, in Judicem Terræ eius, Bgmtarij officiales, et universa Nobilitas, Districtus Sanocen, in Palatinatu Russiæ

Electionem

Electionem quatuor virorum Nobilium, Suit Notariatus Terrestris
munen gerendo idoneorum, peregrisset, eosq́ Electos, nobis lite-
ris authenticis, proposuisset, petyssentq ut ex illis, uni cui
nobis uideretur, hoc notariatus Officium conferremus. Cumq́
Gnosus, Sigismundus Dunikowski, nobili in Regno hoc fa-
milia progenitus esset, ac etiam ipsius, in nostris, et Reipub.
negotijs, tractan̄ fidelitatem dexteritatem, et singularem fide,
maxime uero, quod ad rectam huius muneris administratio-
nem requiritur, iuris patricy, legumq́ publicarum peritia
comendatam habeamus, illi ipsi Notariatum hunc Terren,
Sanocen̄, modo prämisso uacantem, conferendum duximus, con-
sensimusq́ pactis hiceris nris, ita ut eum ad extrema uita
nra tempora, uel amplioris alicuius Dignitatis assecutione,
cum ommbus prärogatiuis, uiribus, et utilitatibus obtineat et
habeat. Quod ommbus quorum interest, präsertim uero Digni-
tarijs, Officialibus, totiq́ Nobilitati Sanocensi, notum fe-
ciumq́ facimus Mandan̄, ut iam ex eo tempore, hunc
ipsum Gnosum Sigismundum Dunikowski, uerum et legi-
timum Notarium Terrestrem, habeant et agnoscant, eiq́
de loco uiribus, prärogatiuis, et obuentionibus ommbus,
ad officium et munus hoc, uel lege, uel consuetudine hac-
tenus spectan̄, respondeant et responderi curent. Pro gra
nra In cuius rei fidem &c. Datum in Osiek Die

XK.a Mensis Julij Anno Domini et supra

Segismundus Rex — Petrus Pomislawski

Quarta pars lanei, molendini & taberna in Villâ Churyss Juano Serednicki et filio ipsius confertur

v.g. Segismundus &c. Significamus &c. Quia nos quartam partem landi agri, tum et in Molendino, et in Taberna quar; tam partem, in Villa Churyss, ad Capreatum nrum Stri ẽ pertinen post mortem Honesti Stez Niedzielnicki nacan Honesto Jwano Serednicki, et Stephano ac Lec filys eius, dan et conferen esse duximus; uti quidem da; mus et confermus pntibus lris nris; ita ut eadem bona, prædictus Serednicki, una cum filijs suis ta conjunctim, quam divisim, sive quilibet suo pro interesse, cum agris pratis, campis, Sortis, attinentijsq et pertinen universis, antiquitus eò spectan, eo modo et jure quo illa præfatus olim Niedzielnicki, tenuit, et possedit, teneat, da; beat, et possideat ad extrema vitæ sua tempora. Pro; mittimusq pro nobis et Sez.mis Successoribus nris, non esse nos eundem Serednicki, filiosq ejusdis, a possore et usu

dictor

Dictorum bonorum, unquam amoturos, imo salvum et integrum
uis adultale, ipsis insolidum conservaturos. Ex quibus quidem
bonis, ea onera, quæ alij de similibus bonis, tenentur sufferre
et obire, exunt astricti: Juribus tum Regalibus, Regnic &c.
clæ Catholicæ, salvis. In cuius rei fidem &c. Dat.m
Varsaviæ die XIIIIa Mensis Julij Anno Dni ut supra.
Sigismundus Rex Joes Lipski

Consensus Gnosæ Annæ Stamiro
wskæ ad cedeñ certâ sorte in Villâ
Czerwonka in person Gni Radzieiowski dat.

Sigismundus III &c. Significamus &c. Quod nos Consensum no Ea-
strum Regium Gnosæ Annæ de Stamirowska, ut
possit, de toto et integro iure suo, quod ipsi super certam
sortem bonorum, in Villâ nrâ Czerwonka, Capreatus Sochaczo-
ñen, tum et Pertram Mensuram Molendinii agnatitii So-
chaczonen, à nobis erunt cedere, illud in personam Gnæ
Felicis Samuelis Radzieiowski, Magnifici Stanislai
de Radzieiowice, Radzieiowski, Palatini Rawen, Capel-
nostri Sochaczonen, filij, transfundere, et plenarie transfer-
re. Quæ quidem cessio, Juris transferio, postea quam coram

Actis

Actis quibuscunq; Regni aut Senticis facta, et recognita fuerit
eatam eam gratamq; habebimus, uti quæ de Consensu Soc nro
peragetur; ita ut eius, et pntis Consensus uti uigore, præfatus
Gnosus Felix Samuel Radzierowski, eadem bona, tum et tezti;
am Mensuram Molendini, cum omnibus, agris, pratis, campis
bortis, sylvis, stagnis, colonis, subditis, eorumq; censibus la:
boribus, utrinentijsq; et pertinen uniuersis, antiquitus, et quo:
modolibet, ad ea bona spectan, teneat, habeat, et possideat
ad extrema uitæ sua tempora. Promittimusq; pro nobis
et Sez mis Successoribus nris, non esse nos, Sermosq; Successores
nros, memoratum Gnosum Felicem Samuelem Radzierowski
a possione et usu, suprascriptorum bonorum, unquam amo:
uros, aut amouendi cuiquam potestatem concessuros, imo
saluum et integrum Jus aduitale, ipsi in eisdem conserua:
turos. Post mortem uero ipsius, non prius dispositio Pertæ
Mensuræ, dicti Molendini, ad nos, Sez mosq; Successores nros
redibit, quam prius in literis Originalibus expressa, uel ex
taxa Comitiorum proueniens, Successoribus ipsius integrè
fuerit persoluta. Juribus nris Regalibus Reipub. Codq;
Catholicæ saluis. In cuius rei fidem &c. Datum Varsa:
uiæ die XIV Mensis Julij Anno Dni &t supra.
Sigismundus Rex. Joannes Lipski

Consensus Nobilis Paulo Ko:

morowski

morowski ad eximenda certa Mo;
lendina in Capneatu Knyssynen dat.

Sigismundus M.ssa Significamus ssa Quia nos benignam &.
rationem haben seruitorum nrorum Gnosi Lauk Komo
rowski, Vuicapnen Knysinen, qua nobis in complurib⁹
expeditionib⁹ bellicis, optime contestatus est, eidem consen;
tiendum, et permitten esse duximus, molendinum seu apsus
tertiam mensuram, in Oppido Knysyn, existen, nec non
Molendina duo, in Villa Czelsowczyzna Capneatus eius;
dem, alterum Rudnik, alterum autem Jelen, dict, morte
Nobilis Ambrosij Wydzerowski, ad dispositionem nram
devolut, de manibus, modernorum nullo iure pottorum, exi
mere, seu alia quauis ratione, in pottonem suam unde;
care. Qua quidem Molendina, seu ipsorum Pertras men;
suras, modo prämisso, exempt, cum ommibus agris, pratis
campis, hortis, lacubus, piscinis stagnis, attineng et pertin
universis antiquitus eo spectan, tenebit, habebit, et
possidebit, ad extrema vitä sua tempora. Dummodo pro
nobis, et Sex.mis Successoribus nris, non esse nos, supraptum
Gnosum Komorowski, ab usu et pottone supraptorum
molendinorum, seu ipsorum Pertrarum mensurarum

amoturos, neminiq3 amouendi potestatem daturos, sed saluum
et integrum ius aduitale ipsi conseruaturos. Ipso vero vita
functo, non prius dispositio bonaq3 eorundem molendinorum
seu aquarum Pertinarum mensurarum, ad nos Hermoq3
Successores nros redibunt, quam summa ibidem inscripta
vel ex taxa Comissionum hinc proueniens, Successoribus
ipsis persoluta fuerit. Junibus nris Regalibus Reipub.
et Eccle Catholicæ salvis. In cuius rei fidem &a Dabm
Varsauiæ die XIV Mensis July. Anno Dni nesimo.

Sigismundus Rex Joannes Lipski

Consensus ad cedeñ Villâ Ple:
czewice Gnosæ Stamirowskadat.

Ex. Sigismundus III &a. Significamus &a. Dare nos pintibus
bris nris, Consensum nrum Regium, Gnosæ Annæ de
Stamirowska, ut potuit de toto et integro iure suo, quod
ipsi super Villam nram Pleszewice, in Districtu Socha-
czouien, existen, à nobis competit, cedere, illudq3 in perso-
nam Gnosæ Hieronymi Stamirowski, filij sui transfun-
dere, et plenarie transferre. Quam quidem cessionem
iurisq3 transfusionem, postea quam coram Actis quibus
cung3

cunq; Regni aut Senticis facta, et recognita fuerint, ratam et
gratam habebimus, uti quæ de Consensu nro peragetur.
ac eius, et pntis Consensus nri uigore, memoratus Jno;
nus Hieronymus Staniworoski, dictam Villam Lewze;
wice, cum omnibus agris, pratis pascuis, campis, syluis,
stagnis, subditis, eorumq; cenobus, laboribus aktnen, et per;
tinen universis, antignitus eo spectan, tenebit, habebit, et
possidebit, ad extrema uitæ tempora. Promittimusq; pro
nobis et Sermis Successoribus nris, non esse nos Sermosq;
Successores nros, prædictum Staniworoski, a possone et usu
dictorum bonorum, unquam amoturos, aut amouen cuiquam
potestatem concessuros, imo salvum et integrum ipsi ius
adnitale, conseruaturos. Ratione cuius adnitalitatis quar;
tam, ex ysdem bonis prouentuum partem, Rauam quotan;
nis, mixta Constone Regni Stato tempore inferre tenebi;
tur. Juribus nris Regalibus, Regnb. Ecclesiq; salvo;
lica salvis manen. In cuius rei fidem &c. Datum Varsu;
uia die XIV. Mensis Julij Anno Dni ut sup.

Sigismundus Rex

Joannes Lypski

Vinq; lanei agri in Villa Do;
listow Adamo Pestic conferunt.

2a. Sigismundus M. D. G. Significamus Dfs. Quibus Notum facimus
Adami Lęski, Militis nri, quod nos, Reipub.m mentu quo
nobis, ad Soimum, sub signis Fidi Nicolai Kossakowski,
Rotmagistri nri, pro dignitate nra, in columitate et integri-
tate patria, contra Turcarum Imperatorem militan, testa-
ta fecit, eam grā munificentiaq nra, dignum effecerunt.
Quapropter, ut uirtuti ipsius sua constent praemia, eidem
praenominato Nobili Adamo Lęski: Quinq laneos agri post
obitum nobilis Petri Krzymowski, ad nram disponem devolut
in Villa Dobstowo, in Capreatu Knysinen sit una cum Curia
et subditis, alijsq omnibus attinen et pertinen ex antiqus
ad eosdem laneos spectan, ita prout a praefato Nobili Pe-
tro Krzymowski, tenebantur, et possidebantur, dan et conse-
ren esse duximus, damusq et conferimus pintibus lris nris,
ad extrema uita ipsius tempora. Promittimus autem pro
nobis et Sez.mis Successoribus nris, eum nos, ab usu et possione
dictorum laneorum, non amotur, neq amoven cuipiam pote;
statem daturos, sed salvum, et integrum iis adultale,
una cum Successoribus nris, ipsi conservaturos. Ratione cuius
Adultalitatis, quartam proventuum partem, ex eisdem lan.
is proven, Nanam quotannis inferre tenebitur. Juribus
nris Regalibus Reipub.ae et Cuiae Catholicae salvis manen
cuius rei fidem Dfs. Dat.m Varsaviae die XIV. Mens July Anno &c. 1590.

Sigismundus Rex Paulus Szalapski

Consensus ad cedeñ guatuor la-neis agri in Villâ Czerwonka Sti Sierakowski in pers. Gñ. Radzieiowskj

Sigismundus M.ca Sigmficamus qa consentire nos, Nobih Do Sierakowski, ut ponit, de toto et integro iure suo, quod ipsi su per quatuor lancos agri, in Villâ Czerwonka & preatus Sorda; dzonen existent' à nobis venit cedere, illudq in personam non felicis Samuelis Radzieiowski, Magnifici Stanislai de Radzieiowice Radzieiowski Palatini Rauen capreti mu Sorda; dzonen filij, trans fundere et plenarie transferre. Quà quidē cessio, in nisq transactio posteaquam coram Actis gubernij Regni authenticis facta et recognita fuerit, ratam eam et gra tam habituri sumus, uti quà de consensu nro peragetur. Cu jus cessionis, et pntis consensus nri vigore, memoratus Dnus Felix Samuel Radzieiowski, eosdem lancos, cum omnibus agris, fundis, pratis, hortis, campis, sylvis, stagnis, tabernis, colonis, subditis, attinenq, et pertinen universis antigitus eo spectan tenebit habebit et possidebit, ad extremam Vitæ suæ tem pora. Promittimusq pro nobis, et Ser.mis Successoribus nostris non esse nos, Serenissimosq Successores nros, prafatum Dnum Felicem Samuelem Radzieiowski, a possone et usu

&c.

Suprascriptorum bonorum unquam amoturos, aut amouendi
cuipiam potestatem concessuros, imo saluum et integrum eis
aduitalitium ipsi conseruaturos. Juribus nris Regalibus
Reipub.ae Ecclae Catholicae salvis manen. In cuius rei fi
dem ipsa Dat. Varsoviae die XIV Mensis July Anno Do;
mini vt supra.

Sigismundus Rex Joannes Lipski

Tribunatus Lublinen Gno;
so Bartholomeo Kazanowski
post Gnos. Michalowski datus

vsp.

Sigismundus M. ffa Significamus ffa Liachow in Reipub.
Viros, quos integerrimos, constans, et indefessum de nobis bene;
ren. sendum, sincerus, contestatus pace bello, patriae amor, exan;
timq; quig. priv. dignitate nra, et Reipub.ae integritate labo;
res, eventos fecerunt, omni studio, quibusvis ornamentis prose;
qui, Regum esse, et Principe dignum existimamus. Ea ete;
nim ratione, et reliqui ad virtutis, comitem gloriam, exitan;
tur, et ij ipsi, quibus virtus praemia, et dignitatem pepe;
rit, reliquum vitae tempus et ipsam vicundam duxerunt sene;

etutem

ctutem. Cam ob causam nos Iwsum Bartolomæum Kazano;
wski, Subdapiferum Lublinen, paterno complectimur affectu;
non enim uitæ, nec fortunis, rebusq; suis Orguam pro dignita
te nra fauit, sed potiorem ejs omnibus, ipsius, semper patronem
habuit. Illiusq; Tribunatum Lublinensem, morte Iwsii olim
Melchioris Mudalowski, vacantem, conferen esse putauimus,
conferimusq; pntibus literis nris, ad extrema uitæ ipsius tem;
pora, uel maioris alicuius dignitatis assecutionem, cum omni
bus prærogatiuis, et obuentionibus, ad præfatum Tribunatus Lu;
blinensis officium, de more, instituto, et consuetudine spectan
tibus. Quod omnibus quorum interest, præsertim uero Senatoribus
Officialibus, totiq; Nobilitati, Palatinatus Lublinen, notū
esse uolumus, ysdemq; mandamus, ut Iwsum Bartholomæi;
um Kazanowski, pro Tribuno Lublinen, habeant et agno;
scant, illiq; de loco, et omnibus prærogatiuis, respondeant, et
ab alijs quorum interest responderi curent. Progra nra
In cuius rei fidem &c. Datum Varsauiæ die XV Men;
sis Julij Anno Dni. ffront supra.

Sigismundus Rex Paulus Szalapski

Libera incisio arborum pro reparone

Arcis Stryeñ ex Syluis ad Oeconom.ca Samborieñ pertineñ Gnoso Koniec: polski Capñeo Stryeñ conceditur.

v.g. Sigismundus M.ca Sigmficamus ffa. Cuia nos Fidia nra? Regian, Gnoso Custodem Koniecpolski? intimo Aulico et Capñeo nro Stryeñ, pro illius in nos et Rempub.ca singularibus meritis, testatam volen?, ipsi in Syluis nris Regalibus, ad bona Villarum Orowa, et Medenica, Oeconomiæ nræ Samborieñ pertineñ liberam incisionem lignorum, et arborum pro reparatione Arcis Stryeñ, alijsq? ædificijs, valen? dar? et concedi? esse duximus, damusq? et concedimus Tenore literis nostris. Ita tamen, ut Syluæ detrimento arborum præstantior?, pro apibus valentium, et cum Scitu Administratoris loci illius, fiat. Quod omnibus et singulis, quorum interest, præsertim vero Administratoribus Oeconomiæ nræ Samborieñ, nunc et pro tempore existen?, et custodibus Syluarum nrarum eo pertineñ, denunciamus, et mandamus, ut præfatum Gnosum Capneum nrum Striеñ, juxta hanc concessionem nram, consentent, atq? ipsum hac in re non impediant, aut aliquos impedire faciant. In cuius rei fidem ffa. Datum Varsauiæ die

Die XXo Mensis Julij Anno Domini vt supra
Sigismundus Rex Joannes Lipski.

Communicão Juris super Villã Dup cum Aduocâ Gnosæ Euæ Zdrycko: wska consorti Gsi Rogozinski dat.

Sigismundus &c. ffa Significamus ffa: Quod quemadmodum &c.
antea Gnoso Joanni Rogozinski, Villam Dup, et Aduocam
ad eam pertinen in Palatinatu Siradien sitam, consensu
Gnosæ olim Nicolao Rogozinski Succeuæ Calmen faren:
ti ejusdato, vt supra recensitã Villã, et Aduocatiã filio
suo cederet, iure adultalitio contuleramus: ita nunc Gnosa
quoq Euæ Zdryckowska, consorti ejusdem, hoc idem Jus ad-
ultalicium, super prãmissa Villa et Aduocatia, comunican;
dum duximus, prout patribus Ors nris comunicamus concedi;
musq, vt prãdictam Villam Dup, et Aduocan ad eandem
pertinen, non tantum ejusdem, prãnominatus Gnosus Joannis
Rogozinski, sed etiam prãfata Gnosa Eua Zdryckowska
consors ejusdem, cum prãdijs, agris, pratis, campis, sylvis, ta-
gnis, piscinis, cacubus, fluuijs, molendinis subditis eorum

Cabonibus

Laboribus, censibus fructibus, utilitatibus obuentionibus, omnibus
in genere, et singulis in specie, emolumentis, attinentijs et perti-
nen.ˢ, ad dictam Villam et Aduocatiam, ex antiquo spectan.ˢ, et
prout, à dicto Gnoso Joanne Sogoxinski, parentes ipsius, ac alijs
retro possessoribus, tenebantur, habebantur, et possidebantur, te-
neat, habeat, et possideat, cum prafato Coniuge suo, integre ac
pacifice, ad extrema uitæ sue tempora. Promittimusq; pro nobis
et Ser.mis Successoribus nris, non esse nos, præmemoratos Coniuges,
et neutrum eorum, ab usu et possone prædicto cum bonorum, amo-
turos, aut alienaturos, amouendis, aut alienandi potestatem cu-
jquam daturos, sed saluum et integrum uis aduitahtiale, utriq;
eorum, quoad uixerint, uel uno uitâ functo, alter eorum superstes
fuerit, conseruaturos. quod et Successores nri præstabunt. Ra-
tione autem eius Aduitahitatis, bonorum Villæ prædictæ
Resp.ve residuum summæ, in eis bonis inscriptæ, nobis et Rei-
pub.æ condonare tenebuntur. De bonis uero Aduocæ, non
prius Successores eorum dictis Coniugibus uitâ functis, cedere
tenebuntur, quam summa in literis Originalibus expressa, uel
ex taxa Commissariorum prouenies, prædictis eorundem Suc-
cessoribus integrè fuerit persoluta Juribus nris Regalibus Rei-
pub.æ Eccl.æq; Catholicæ saluis in toto manen.ˢ. In cuius rei
fidem præsentes manu nra ss.ta Dat.m Varsauiæ Die

Die XV Mensis Julij Anno Domini MDCXXV.°
Regnorum nostrum Poloniæ XXXVII.° Sueciæ XXXII.° H.°
Sigismundus Rex Petrus Domitarnski.

Subdapiferatus Lublinen.
Gnoso Stanislao Czerny confert.

Sigismundus III.us &.a Significamus &.a Ca.em Gnosi Stanislai vp.
Czerny, in nos Reg.m pub.m merita, eam constantem de nobis bene
merendi voluntatem, vt non modo eum gra.ra dignum censeamus, verū
etiam ornamentis ipsis omnibus, ex animo donandum. Is enim, non in
otio sed in bello et in pulvere educatus, in omni Reipub.e fortuna, et c.
uis semper optima, et multis præfectig nonnunquam fortissimi functus
officio, pericula omnia, pro salute patriæ, non minus libenter adyt,
quam fortiter contempsit: eam esse veram gloriam ratus, ad quam
virtus summo studio enititur. Huic itaq, vt virtuti ipsius sua
constent decora, et ornamenta, cæterig in amorem virtutis, omni
conatu, contentione et affectu ferantur, Subdapiferatum Lubli
nen, collato à nobis Gnoso Bartholomæo Kazanowski, Subdapi
natus Lublinen officio, viacan, conferen esse duximus, conferimusq
pariter hris nris, ad extrema vitæ ipsius tempora, vel maioris ali
cuius dignitatis assecutionem, cum omnibus prærogativis, et obven
tionibus, ad præfatum Subdapiferatus Lublinen officium, de
more, instituto, et consuetudine spectan. Quod omnibus gnosa

interest præsertim vero Senatoribus, Officialibus, totiq; Nobili-
tati Palat. Lublinen. notum esse volumus, eidemq; mandamus
Vt Prowsum Stanislaum Czerny pro Subdapsero Lublinen.
habeant et agnoscant, illiq; de loco, et omnibus prærogativis, re-
spondeant, et ab alijs quorum interest responderi curent. Pro
gra nra. In cuius rei fidem &c. Datæ Varsaviæ die XV.
Mensis Julij Anno Dni Vt supra

Sigismundus Rex

Lukas Szalapski.

Podstolstwo Wołynskie V;
rodzonemu Stępkowskie. Dane.

v.p. Zygmunt Wtaski Boży &c. Oznaymuiemy &c. Iż
my zalecone maiąc, wiarę cnotę y życzliwość Vrodzonego Pa-
ela Stępkowskiego, ktore nam y Rzpitey wroznych wojennych
przy Hetmanech naszych, dostatkiem swym mężnie zachowa swą
oświadczał, postugach, daiąc go tym barziey do dalszego nam
y Oyczyznie postugowania, pozyskać; y takowe dla nasza;
ce y koszty podięte, y odwagę zdrowia, taską naszą Pa;
ską nagrodzić, onemu Podstolstwo Wołynskie po zeszłe;
go świata, Vrodzonego Krzysztopa Jatowickiego wa;
Imąc, dać ymyślilismy, takoż tym listem naszym

Daiemy

daiemy, ze wszytkiemi do Vrzędu tego, według prawa y zwy-
czaiu prarogatiwami, przynaleznosciami, do zywota onego, albo
wyzszey godnosci, otrzymania. Co do wiadomosci wszytkich,
a osobliwie Senatorow, Vrzędnikow, y Stanu Szlacheckiego Wo-
iewodztwa Wołynskiego przynosząc, roskazuiemy, y mie-
dzemy, aby pomienionego Vrodzonego Gabriela Stępkowskie
go, za prawdziwego Podstolego Wołynskiego mieli y znali, y
onemu względem mieysca, y prarogatiw respondowali, y
dosyc czynili, y od drugich aby mu tasz powinnosc odda-
wana była, starali się. Dla laski naszey. Na co dla le
pszey wiary Pcia Dan w Warszawie dnia XVIIIo
Mcá Lipca. Roku Panskiego. tako wyrzey.

Sigismundus Rex Joannes Milęcki.

Confirmatio Iuris ſuper a,
grũ in Villâ Malnowa, Miſtakdat.

Sigismundus Mpia Scamũs Pcia Cabibitas nobis esse, literas papi- v.g.
reas, infrinus insertas, sub Titulo Gnosi Maximiliani Lze-
ręmboki, Castellani Prądzeń, Referendary Regni, Mosciens
Capnei, tum et consortis ejusdem; Annæ Mogilanka
nambus et Sigillis eorundem communitas, sanas, saluas,

et

et Massas, omnig Jusptrone carentes, contronentes z in se conus;
tronem agri deserti in Villa Malnowa, ad Capreatum Mosci;
cen pertinen, Latowio Ignatio Mystak, ob meliorem prouen;
tus eiusdem Capreatus auctronem, conc. Supplicatumgno;
bis fuisse, ut eas authoritate nra Regia approbare, et confirma;
re dignaremur. Cuazum literarum, tenor est is qui segutur:
Maximilian z Przerębla Przerębski Casztellan Sre;
radzki, Referendarz Coronny, Moscicki, Wisniński Pta Sta;
rosta, y Anna Mogilanka, Woiewodzanka Moldawska,
Małzonkowie. Wzem wobec, y każdemu z osobna, komu
tu wiedzieć należy, oznaymuiemy. Iż my za pozwo;
leniem, y danem Przyiaciel, rękami własnemi podpisane;
go, y z pieczęciami przyciśnionemi, od Antecessorow na;
szych, sławney pamięci między Jć Mcią Panem Janem
Szczesnego, z Felsztyna Herburta, y Małzonki iego ka;
tarzyny. Pracowitemu Ignatowi Mystakowi, ze Wi
Małnowa, poddanemu naszemu, na rolą między Wasi;
lem Leskiem, z iednej, a Leskiem Mistakiem, z drugiey
strony, leżącą, ktorą on był kupił pustą, bez wszelakiego bu;
dowania, u własnych dziedzicow tey roli, za czterydzieści
grzywien y dwie, y groszy dwanaście, ze wszystkiemi przy;
ległościami, do tego gruntu należącemi, y z sianozęcią pod-

zapustem.

zapustem Godynickiem, leżąca, Vtunarską nazwaną, Dosz
prawo dawne approbuiemy confirmuiemy, y ratifikuiemy y przy
niem omnosz widząc go od nieprzyiaciela krzyża Swiętego
bydz zniszczonego, zeby ta rolą odłogiem nieleżała, tak iako
przed tym in pacifica, pottone przez wszelakich impedimen;
tow zazywał, wcale zadowuiemy, wolnym go czyniąc od
wszelakiey robocizny, dani owsa, y od wszelakich powozow
według Przywileiu dawnego, Roku Tysiącznego Pięcsetnego
Osmdziesiątego pierwszego otrzymanego, z temi iednak condi;
ami, ze nam ma dawac Czynszu na każdy rok złotych
dwanaście Polskich, a piwo szynkowac Mościckie, albo
Dworskie, a mianowicie. Na co dla lepszey wiary rękami
się naszemi podpisuiemy, y pieczęci przyciśnąć voskiem za;
kazuiemy. Działo się we Mościskach dnia XVIII. Mie;
ca Sierpnia Roku Pańskiego MDCXXIV. Maxi;
lian z Przerębska Kasztelan Sieradzki, Referendarz Ko;
ronny, Mościcki, Wroniński Starosta, Anna Przerębska
Kasztelanka Sieradzka, Referen. Koronna. Rositaq
Supplicoñ prædicta benigne annuen, præsentes donationis
memorati Capreñ literas, approbañ et confirmañ esse duximus
uti quidem in omnibus punctis conditionibus, et clausulis, in
quantum ipsis ratio permittit, approbamus et confirmamus

pntibus. Decernen, eas robur debita firmtatis obtnere debere

Jnoumus rei fidem ffa Dat in Varsauia die XX.a Men:

sis Julij Anno Dñi. MDCXXV Regnor vt supra

Sigismundus Rex Joannes Milęcki.

Pensio 400. florenorum in Portorio Gedanen Gnoso Gustauo Spabr dat.

v.p. Sigismundus &c ffa Significamus ffa. Onia nos Præclara militaria menta, promptumq ad quævis nra et Reipub. obsequia studium. Gnosi Gustani Spabr, Ledtatus nri Germanici præfecti, egregie comendata et perspecta Saben, eidem pensionem annuam. Quadringentorum florenor Polon ex prouentibus Portorij partis nræ Gedanen post mor; tem Gnosi Christiani Kernebaud varan, dandam etaffi: gnandam esse duximus, uti quidem damus et assignamus præsentibus lris nris, per eum quotannis professo Sancti Jo; annis Baptistæ integrè et in effectu leuan, et percipien ad extrema uitæ suæ tempora. Quod ad notitiam quorum in; teresse, præsertim vero Spectabil. Magnatus Curtatis nra Gedanen, sicuti deducen, mandamus, ut memoratam pensionem præfato Gnosto Gustauo Spabr, stato tempore

tempore, sine ullâ morâ, aut tergiversatione, realiter numerent, et persoluant, numerariq3 et persolui curent. Quod nos in rationibus Morum, visâ quietatione eorudem Donatarij nri Suscepturi, ra tumq3 habituri sumus. In cuius rei fidem &ca. Datæ Varsauiæ die XXXI Mensis July Anno Dñi ut supra.

Sigismundus Rex Joannes Lipski.

Pensio annua 50. flor. in Zuppis Wielicien. Andreæ Spuski data

Sigismundus &c. &ca. Significamus &ca. Quia nos ad interces- v.p.
sionem certorum Conciuium nrorum, pro egregio Andreâ Spuski, Ostiario nro, apud nos interpositam eidem pensionem annu; am Quinquaginta florenorum Polonicor, in Zuppis nris Wielicz; en, post obitum Simonis Kniazik Ostiarij nri uacan, dan et conferen esse duximus, uti quidem damus et conferimus præ; sentibus bris nris, per eum, toto uitæ suæ tempore, leuan, et per; cipien. Quod ad notitiam omnium et singulorum, præsertim vero Administratorum, Zupparum nrarum Wielicen, nunc et pro tempore existentum deducen, mandamus, ut supra no; minato Andreæ Spuski, Ostiario nro, eam pensionem

quotannis

quot annis solito tempore, absq; ullâ morâ et difficultate extra-
dant. Quod nos in rationibus illorum, visâ quietone eiusdem
Donatarij nri, suscepturi sumus. In cuius rei fidem &c. Dat
Varsauiæ die XXI Mensis Julij Anno Dñi et supra.

Sigismundus Rex Petrus Domislawski

Fure caduco bona cuiusdam Piotrowski Venerabili Rostkouio conferuntur.

s.m. Sigismundus M. &c. Significamus &c. Quia nos bona mobilia et inobi-
lia, summas q; pecuniarias, siue pactatas, siue aliquâ ratione obliga-
tas, ubicunq; locorum et apud quascunq; personas in Regno et Domini
is nris existentes post obitum cuiusdam Stanislai Piotrowski,
certis de causis ad fiscum et disponem nram Regiam iure caduco
devoluta Venerabili Sebastiano Rostkouio, eiusq; legitimis
Successoribus, iure perpetuæ et irrevocabilis donationis dari et
conferri etc duximus, damusq; et conferimus præsentibus literis
nostris. Ita ut eadem bona omnia, tum et summas tam in para-
ta pecunia quam in mensibus, ubicunq; locorum existen, in-
gulat, iure adeat, et in possessionem suam inducat, teneatq;
habeat et possideat, et in usus suos Successorumq; suorum quosuis
beneplacitos convertat. Quod omnibus et singulis præsertim

Mgratibus

Mgratibus, tam Castrēn, quam Cmitibus, cæteriſq; ſub gnorum
Jurisditione bona prædicta exiſtunt notum eſſe volumus, mandā;
musq, ut requiſiti à prædicto Donatario nro, bona omnia ſupra;
dicta, quæ ut prædicitur reperta fuerunt, vigore præſentis Donationis no;
ſtræ, illi in realem et actualem poſſeſſionem tradant, et aſſignent
curentq, ut ſine quamis morā et difficultate, eisdem bonis potia;
tur. Quo gratiā noſtrā, aliter non facturi. In cuius rei fi
dem præſs Dat. Varsaviæ die XXIIIo Mensis July Ao;
no Domini MDCXXXV. Regnorum noſtrorum Poloniæ
XXXVIIIo Sueciæ X. X. XIIo Anno

Sigismundus Rex Joannes Lipski

Villa Koroſno & Koroſtenſka no:
la, poſt Nicolaum Vstrzicki Gnōſo
Martino Kraſicki conferuntur.

Sigismundus &c. Significamus præſentibus Quibus expedit, Nos Leng v.g.
pub. meritā, Fidei Martini à Kraſiczyn Kraſicki, Caſtellani
Leopolien, et Przemislien nri Capitanei, id a nobis exigunt, ut
potiſſimam ſemper, non modo ipſius, verum et fortunarū eius
rationem habendam cenſeamus, ipſarumq; accretioni ex animo

Faveamus

faceamus; eamq; ob causam Villas Korosno et Korostenska Wo:
la, Iuras, in terrâ Kramishen: sitas, morte Nobilis Nicolai Vstrzy:
chi vacan, et ad dispositionem nostram devolutas, dan: et confe:
ren: eidem Gnoso Martino à Krasiczyn Krasicki, esse putau
mus, damusq; et conferimus præsentibus literis nostris, cum omnibus ea;
rundem Villarum, agris, pratis, campis, fluuys, piscinis, stagnis,
sylvis, nemoribus, molendinis, tabernis, hortis, colonis, subditis
eorumq; laboribus et censibus, redditibus, et quibuscunq; utilitati;
bus, omnibusq; in genere ad easdem Villas, ex antiquo spectan:
proventibus, quemadmodum proxime defunctus earundem pos:
sessor, ea omnia tenebat, et possidebat, nihil prorsus excipien:
per ipsum tenen: habend: et possidendi ad extrema vitæ ipsius
tempora. Promittimus autem pro nobis et Sez[mis] Successoribus no:
stris, quod præmenominato Gnoso Martino à Krasiczyn Krasi;
cki superstiti, usum et possessionem bonorum superius specificatorum,
ab eodem non amouebimus, neq; alienabimus, amouendive, aut
alienandi cuipiam potestatem faciemus. Sed salvum et integrum
eis admutabitum, super eisdem bonis, eidem, et nos conseruabi:
mus, et Sez[mi] Successores nri conseruabunt. Ratione cuius ad:
mutabitatis, Quartam proventuum partem, legibus descriptam, Ra:
nam quotannis inferre tenebitur. Juribus nostris Regalibus
Reipub: et Ecclesiæ Catholicæ salvis manentibus. In cuius

rei

rei fidem ffa Datm Varsauiæ die XXVI. Mensis July
Anno Domini ut supra

Sigismundus Rex Laurus Szalaperski

Consensus ad cedendam Tabernam cum Sortulanis Honesto Laclawski dat.

Sigismundus &c. ffa Significamus ffa Quod cum fidelis noster, Honesto Laclawski, ut possit et valeat, de omni et integro iure suo, quod sibi competit, super Tabernam et tribus Hortulanis, ad illam spectantibus, stagnis, pratis campis, usq; ad fundum Curiæ Sawięzowska, ex una et ad soroka penes confinia Villæ Bunow, ex altera partibus, in Capne alias Moscicen consistentibus, in personam Nobilis Sebastiani Kamocki, cedere et transfundere. Quæ quidem cessio, iurisq; transfusio, postquam coram Actis quibuscunq; Regni auctoritatis facta et recognita fuerint, nos eam ratam et gratam habituri sumus, uti quæ de consensu nro peragetur. Vigore cuius prænominatus Sebastianus Kamocki, præfata bona, cum omnibus attinen et pertinen, et omnibus prouentibus, nullis penitus exceptis, iure adultali tenebit, habebit, et possidebit ad extremum uitæ suæ tempora. Promittimus autem pro nobis et Successoribus nris, non esse nos præfatum Sebastianum Kamocki

v.g.

cki, à Bonis prænominatis, amoturos, neq; amouendi aut alie-
nandi, cuiquam potestatem daturos, donec summa in eisdem bonis
inscripta, vel ex taxa Commissionum proueniens, illi integrè
numerata et realiter fuerit persoluta Juribus nostris Re-
galibus Reipub.æ Ecclesiæq; Catholicæ salvis manentibus
In cuius rei fidem &c. Datum Varsauiæ die XXVI.a Mensis
Julij Anno Domini et supra.

Sigismundus Rex

Subdapiferatus Liuen Gnoi
so Hiacyncto Mlodzieiowski dat.

vp. Sigismundus III. &c. Significamus &c. Regiæ amplitudi-
ni esse, eos quos constans de Nobis, Reipub.æ benemeren-
dum, integra fides, singulariq; menta, comendant debitis affici
honoribus; indè enim et reliquis virtutis ardium, ad gloria
decurrentibus, stimulos, et quibus virtus præmia pepent, ad vol-
tenus benemeren, excitatur animus. Et hinc nuncante adpra-
sens Subdapiferatu Liuen, morte Gnoi olim Samuelis Zali-
wski, fauentes meritis Gnoi Hiacynti Mlodzieiowski,
hactenus nobis et Reipub.æ alacriter præstitis, fauen nobis

esse

esse duximus, ut eidem Subdapiferatum Suno conferremus, pro;
ut quidem damus, et conferimus p̃ntibus literis nostris. Jta et
eiusdem Subdapiferatus Limensis Dignitatem, cum ommbus pre-
rogatiuis, uel de iure, uel consuetudine, ad eam pertinen̄, gerat
ad extrema uitæ suæ tempora. Vel maioris alicuius Dignitatis
assecutionem. Vod ommibus quorum interest, præsertim uene-
natoribus officialibus, totiq̃ Nobilitati Districtus Limen̄ no-
tum esse uolumus, eisdemq̃ mandamus, vt prædictum Gnosum
Hiacynctum Mlodzieiowski, pro Subdapifero Limensi habe-
ant, et agnoscant, illiq̃ de loco, et prærogatiuis omnibus, ad
Subdapiferatus officium, instituto Regni pertinen̄, respon-
deant, et ab alijs quorum interest responderi curent. Da-
ta nra. In cuius rei fidem &c. Datum Varsauiæ die XX.
Vbr. Mensis Julij Anno Domini ut supra.

Sigismundus Rex Joannes Milęcki

Consensus ad cedeñ Aduocã in Villã Domanice. Nli Etzbach dat.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quod cum eximia v.g.
fidem, egregiaq̃ merita Nobilis Alberti Kahna per multos an-
nos constanti obsequia nobis et Reipub. præstita, in expe-

Ditione

ditione Lyuonicâ Moscouiticâ ac postremo Valachicâ sub
signis Jnoſi Andreæ Ryszkowski, commendata haberemus, uo;
lentes nostram erga eum gratiam testatam facere, ri cessionem et
condescensionem, per Nobilem Vilhelmum Etzhard Stipato;
rem nostrum, de omni iure aduocatitio, quod sibi super Aduoca
tiam seu Scultetiam, ri Villæ Domanicæ Capneatus Luko;
uiensis competit, ri personam eiusdem Nobihs Alberti ka;
lina, et Annæ Stoinska Coniugum, coram Actis quibuscunq;
Regni authenticis, facien, consentiendum duximus, uti fisci
litenis nostris consentimus; Jta, quod idem Nobihs Kalina
et Anna Stoinska, uigore consensus nri, et cessionis dictam
Aduocatiam, cum omnibus et singulis fundis, agris, pratis cam
pis, syluis, pascuis, subditis, censibus, laboribus, omnibus demq
attinentijs et pertinen, antiquitus ad eam spectan, ambo in
solidum, coniunctim, uel altero eorum defuncto, alter ex ijs
separatim, habebunt, tenebunt, possidebunt, ad vitæ suæ
extrema tempora. Polliceamq; nostro, et Successorum nostro;
rum nomine, non esse nos eosdem Coniuges, quoad uixerint
uel alter eorum superstes fuerit, a possessione, dictæ Aduo;
catiæ, omniumq; bonorum amoturos, amouendiq; potestatem
cuiquam daturos, sed in pacifica possone, conseruaturos
idq; Successores nros facturos. Vtroq; uero vitâ functo,

cum

cum pecuniaria summa in Privilegio originali descripta
et ex taxâ Commissariorum legitime proveniens, Succos;
cus eorum persoluta fuerit, tunc dispositio eius Advocatiæ
ad nos pleno iure deveniet. Juribus nris Regalib. Reipub.
et Ecclesiæ Catholicæ Salvis manentibus. In quorum
fidem &c. Datum Varsaviæ die XXVI Mensis July
Anno Domini ut supra

Sigismundus Rex Joannes Mlęcki

Oblata literarum administrationis
bonorum Sac. Reginalis Mtis Zy
wiec, Generoso Czarnecki concess.

S. Igsmundus &c. Significamus &c. Oblatas esse per magnificum v.p.
nerosi Bustop Seu Czarnecki, ad Acta Cancellariæ nostræ
Minoris, literas Privilegy infrascripti, manu Sacræ Regiæ
lis Maiestatis, Dominæ, Dnæ Constantiæ, Dei gra Reginæ
Poloniæ et Succiæ &c. Archiducis Austriæ, Conjugis nræ Car.ma
subscriptas, et Sigillo eiusdem Maiestatis communitas, sanas sal;
uas, illæsas, omnig suspitionis notâ carentes. Supplicatum
nobis est, ut eadem ad Acta Cancellariæ nræ suscipi, et authentice
extradi

extradi mandare dignaremur. Quarum literarum tenor sequitur talis.
Constantia Dei gra Regina Polonia, Succorum Lith Sor Van;
dalorum, Magna Dux Lithuania, Russia, Prussia Maso;
via Samogitia Livonia q; Nata Archidux Austria. Signifi
camus p̃rntibus literis nostris quorum interest universis et singu;
lis. Cum de fide, industria, integritate, Gnosi Custodis Cra;
coki, Aulici nostri, optime ex multorum comendatione, ita per;
suasa essemus, ut eum maximis quibusq; functionibus parem
esse arbitraremur, faciendum nobis esse duximus, Vt eius pro;
tissimum administrationi bona vra Secretaria Zyrzec
non ita pridem a Gnosio Nicolao Komorowski nobis resigna;
ta, et donata, committeremus, prout quidem p̃rntibus literis
nostris, committimus, ita ut ea, ad beneplacitum nostrum, teneat
et administret, eorumq; curam Oeconomicam, gerat cum Arce et
Oppido Zyrzec, aliisq; Oppidis, Villis prædijs, subditis, colo;
nis, agris, pratis, fluvijs, lacubus, stagnis, molendinis, sylvis,
mellificijs, tabernis, aliisq; omnibus attinentys et pertinen
ad eadem bona Zyrzec, ex antiquo spectantibus, prout in ju;
is limitibus extenduntur, et prout inscriptionis donationis,
et resignationis, a prafato Gnosio Nicolao Komorowski, in
personam nostram, legitimorumq; Successorum nostrorum facta
instrumentum obloquitur. Ita tamen, ut iuxta secessum
Contractum, ex proventibus eorundem bonorum, nobis et Desau;
ro nostro, quotannis, respondeat, et calculum faciat, ac in

Desauru

Besaurum nostrum, annuatim debitos proventus, integrè et realiter inferat. Teneatur etiam, meliorem eorundem bonorum conditionem, quoad eius fieri potent reddere, subditos locare, desolata adificia restaurare, ac ea sarta tectaq; conseruare, defensio; ni bonorum inuigilare, pro inimicis iure agere, ac vicissim si quis ratione eorundem bonorum, eas se habere prætendent, iustitiam administrare, in quolibet foro competenti, ratione inimicis Terrestris respondere, actiones omnes ex occasione dictorum bonorum, ut pote limitum, subditorum fugitiorum, aut alio quouis nomine, intentatas ferre, iudicatum pati; et executioni ordinariæ iudiciali subesse, seruitium bellicum, ex eisdem bonis præstare, Contributiones in Comitijs Regni Gnahbus laudatas soluere, ac cætera omnia onera ferre, quæ de iure aut consuetudine ex bonis hæreditarijs Nobilitaribus in Regno hoc præstari solent, et debent. In cuius rei fidem præsentes manu nrâ subscriptas Sigillo nrô communiri iussimus. Datæ Varsauiæ die XXX Mensis Martij Anno Domini MDCXXV. Constantia Regina.

Cui supplicationi nos benigne annuentes, literas suprascriptas, ad Acta Cancellariæ nræ suscipi, et ex eisdem extradi mandauimus. Actum et Datæ Varsauiæ Feriâ Secunda;

da

die post festum Sancti Jacobi Apostoli proximâ. Anno
Dñi M.D.CXXV. Regnorũ &t supra.

Consensus ad cedendã Tabernã Hay duga dictã in Villâ Brzezinka Generoso Piorunowski datus.

v.g. Sigismundus M. &c. Significamus &c. Consensisse nos consentire pr̃tibus literis nostris, Generoso Stanislao Piorunowski, Vicepro-curatori Actis Cracouiensis, vt possit et valeat de iure suo adultabito, sibi super Tabernam Hay-duga nuncupatam, in Villa Brzezinka in Palatinatu Cracouiensi consistẽ, necnon de summâ in eadem tabernâ existẽ, Nobilibus Alexandro Wiktorowski, et Hedui Wiktorowska Conjugibus, cedere et condescendere. Quæ quidem cessio, iuxta transfusio, posteaquam coram Actis quibuscunq Regni aut Sententias facta et recognita fuerit, nos eam ratam et gratam habituri-simus, vti quæ de Consensu nostro peragetur. Vigore cuius cessionis, atq Consen-sus nostri, prænominati Nobiles, Wiktorowscy Coniuges dictam Tabernam, cum omnibus suis agris, pratis, campis,

suis

sylvis, borris, lacubus, stagnis, portis, utilitatibus, fructibus, exco
gitatis et excogitandis, attinentijsq et pertinentys universis an:
tignatus ad dictam Tabernam spectantibus, necnon omnibus li:
bertatibus prærogativis, Liuileggys, quibus antiquitus eade
Taberna, atq illius possores gaudebant, et fruebantur, ambo
insolidum, tenebunt, habebunt, et possidebunt, pacificeq et
quiete utifruentur ad extrema uitæ suæ, siue alterius eorū
superstitis tempora. Liuvittimusq pro nobis et Sermis Suc:
cessoribus nostris, non esse nos supradictos Coniuges, quamdiu in
uiuis exstiterint, uel uno defuncto, alter eorum superuixe:
rit, ab usu et pacifica possone dictorum bonorum amoturos, sed
saluum et integrum uis adutale otriq insolidum conserua:
turos, et Sermi Successores nostri conseruabunt. Post quorum
decessum, non prius dispontio dictorum bonorum ad nos redi:
bit, quam summa in literis Originalibus expressa, vel ex
taxatione Commissarium proueniens, successibus eorū
integre numerata et persoluta fuerit. Fidibus nostris Re:
galibus Reipub.æ et Ecclæ Catholicæ salutis. In cuius rei
fidem sigillum Dat.m Varsauiæ die XXVIII.o Mensis Ju:
ly Anno Domini ut supra.

Sigismundus Rex Paulus Szalapski

Pensio annua 50. flor. in Zuppis Wie: licien Georgio Stankiewicz assignat.

v:p. Sigismundus M. D. G. Significamus tenore Quia nos benignam rati; onem habentes obsequiorum, Georgij Stankiewicz, Ostiary nostri quæ nobis à multis annis præstat, eidem pensionem annuam Quinquaginta florenorum Polonical, in Zuppis nostris Wie: licien, post obitum Alexandri Kniazik, Balneatoris nri Varan, dandam et conferendam esse duximus, uti quidem damus et conferimus præsentibus literis nris; Per eum toto uitæ suæ tempore, levandam et percipien. Quod ad notitiam omnium et singulorum, præsertim uero Administratorum Zupparum no; strarum Wielicen, nunc et pro tempori existentium dedu; cen, mandamus, Vt supranominato Georgio Stankie; wicz, eam pensionem, quotannis solito tempore, absq; ulla mora et difficultate extradant. Quod nos in rationibus illo; rum, visa quietone eiusdem Donatarij nostri, suscepturi su; mus. In cuius rei fidem &c. Dat. Varsauiæ die XXVIIIo Mensis Julij Anno Domini vt supra

Sigismundus Rex

Paulus Szalapski

Jure caduco bona post Lusã Kes:

Iz

Ly Ali Bialoblockj miluti dantur.

S Igrsmundus M dra Significamus dra Quia nos bona omnia &c.
mobilia et immobilia, summasq quasuis pecuniar sive para-
tas sive aliqua ratione obligat, certis de causis, mre ca-
duco, ad disponen nram Regiam post, mortem cuiusdam Lucæ
Kesky Incolæ Nieszawien, devolut, Robili Joanni Brabolo-
cki, quibus regnis Magnifici Bomæ Zamoyski, Palatini
Kiovien, militarem operam navavit, dan et conferen esse duxi-
mus, damusq et conferimus præsentibus literis nostris. Jta ut ea-
dem bona omnia, et singula, mre adeat, adeptaq teneat habeat
et possideat, in ususq suos ac suorum Successorum, convertat tem-
poribus perpetuis. Quod omnibus et singulis præsertim necessa-
gistratui Civili Nieszawien, notum esse volumus, mandamusq
ut requisiti a præfato Donatario nostro, seu ejus Mandatario,
bona omnia suprascripta, illi in realem et actualem possessionem tra-
dant, et assignent. Prog nra. Jn cujus rei fidem dra
Dat Varsaviæ die XXVIIIo Mensis July. Anno Dni 96 sup.

S Igismundus Rex — Joannes Melęcki

Consensus Francisco Szarek Sadec;
den Scultetiæ in Villâ Izdebno, dat.

vid. Sigismundus M. Dei grā. Rex Polonia &c. Significamus &c.
Consensisse nos et permisisse, Honesto Francisco Szarek, Scul-
teto, Vt possit et valeat, de toto et integro iure suo adulta-
li, quod illi super Scultetiam, in Villa nra Izdebno, in Per-
ra Szerscen consistēn, competit, Honesto Alberto Szarek,
filio suo cedere, illudq in personam illius plenarie transfun-
dere. Quæ quidem cessio, posteaquam coram quibuscunq
Actis Regni authenticis, facta et recognita fuerit, nos
eam ratam, gratamq habituri sumus. Vigore cuius cessionis, et
Consensus nostri, Scultetiam prafatam, cum omnibus agris, pra-
tis, campis, hortis, laubus, piscinis, necnon taberna, ad
eandem Scultetiam spectan, omnibusq in universum attinen
et pertinentys, antiquitus eo spectantibus, prout prafatus
parens ipsius, tenuit, ipse quoq infradictus Albertus
Szarek, filius suus tenebit, et possidebit, ad extrema vita
sua tempora. Committimus proinde Nobis et Sedentis Sue-
cōnibus nostris, quod quamdiu prenominatus Albertus
Szarek vixerit, non esse nos ipsum, ab usu, et possessione dicta
Scultetiæ, amoturos, amovendoq aut alienandi cuipiam pote-
statem facturos, sed integrum ius adultale, ei conservatu-
ros. Ipso vero vita functo, non prius bona Scultetia ad
nos, dispositionemq nram redibunt, quam sumarie-
dem legitime inscripta, vex ex taxa Commissariorum

mo-

nostrorum proximens Successoribus illius integrè fuerit
persoluta. Juribus nostris Regalibus Reipúb.ae Ecclesiaq
Catholicae salvis. In cujus rei fidem &a Dat.m Varsa;
ua die XXX Mensis Junij Anno Dñi &t supra.

Sigismundus Rex Joannes Milęcki

Bona cuiusdam Kowalski Nobili Joanni Ratuski iure caduco dant.

Sigismundus &a &a Significamus &a Quia nos bona omnia Ex.
mobilia et immobilia, summasq; quasvis pecuniarias, sue pa-
ratas sue aliqua ratione obligatas, ubicunq; et apud
quascunq; personas, in Regno et Dominijs nostris existen,
obitu cuiusdam Stephani Kowalski, incolae Oppidi nostri
Wąsosz, ad fiscum et disponen nram, iure caduco devolut,
Nobili Joanni Ratuski, dari et conferri esse duximus, uti
quidem damus, iure perpetuo, et irrevocabilis donationis,
et conferimus pntibus literis nostris. Jta ut eadem omnia
et singula bona, iure adeat, et in suam potestatem vindicet,
teneatq; habeat, possideat, ac in suos, suorumq; Successo-
ribus beneplacitos, perpetuo convertat. Quod omnibus quo-
rum interest, praesertim vero Magistratui Civili Oppidi nri

Warsoz, sub cuius Jurisdone bona memorata ekistunt, no
tum esse volumus, mandantes ut ad requisitionem prafati Do:
natarij nostri, siue ipsius mandatarij, bona suprascripta
omnia apsi, in realem et actualem possonem tradant, curentq;
ut sine quauis mora et difficultate, ipsem potiatur bonis.
In cuius rei fidem &c. Dat. Var:
sama die 1a Augusti Anno Domini ut supra.

Sigismundus Rex — Laurus Szalapski

Subiudicatus Czernen: Gene:
roso Ioanni Czalowanski confert.

v.p. Sigismundus M. &c. Significamus &c. Quod cum vacante mu:
nere Subiudicis Terrestris Czernensis, post decessum Inoz
olim Alberti Olszanowski. Dignitarij, Officiales, ac
Nobilitas, Districtus Czernensis quatuor viros Nobi:
les, huic muneri Subiudicatus gerendo idoneos, elegissent,
electosq; nobis literis scriptis, proposuissent, ut cui nobis vi:
deretur, munus hoc conferremus. Nos Generosi Joannis
Czalowanski, promptum de nobis et Reipub.a benemerend
studium, singularem virtutem, atq; industriam, tum vero quod
ad recte, sustinendam huius muneris administrationem, vel

maxime

maximè requiritur, viris patrij, legumq; publicarum peritiam perspectam habenᵗ, illi ipsi munus Soc Subiudicis Terrestris Czernensis, dañ et conferendᵘᵐ esse duximus, prout damus et conferimus prntibus literis nostris. Jta ut illud, ad extremа vitæ suæ tempora, vel amphioris alicuius dignitatis ascensionem, cum omnibus iuribus, prærogatiuis, et utilitatibus, teneat, habeat, et possideat. Quod omnibus et singulis quorum interest, præsertim vero Dignitarijs Officialibus ac Vniuersæ Nobilitati, Districtus Czernensis notum facimus. Mandañ, ut ram ex eo tempore, ipsum Iwonem Joannem Czaborwanski pro vero et legitimo Subiudice habeant et agnoscant. Jurisdoni ejusdem pareant, eiq; de loco iuribus prærogatiuis, et obuentionibus quibuscunq; ad officium et munus Soc, vel lege, vel consuetudine spectañ, respondeant et quantum in ipsis est, respondeñ ab alijs curent. Literas; trâ nrâ officijq; sui debito. In cuius rei fidem &ca Datᵐ Varsauiæ die V.ª Mensis Augusti Anno Dñi 1571.

Sigismundus Rex Petrus Domstanski

Bona cuiusdam Lisowski Mi Joannis Kociszewski iure caduco conferunt.

Sigismundus &ca Significamus &ca Quia nos bona omnia mobilia &c.

it

et immobilia, summasq; quasuis pecuniar sive paratas, sive aliquâ
ratione obligatas, apud quasuis personas in Regno et Dmys
nris existen post quendam Georgium Lisowski Scotum Incolam
Warecen, certis. limisq; de causis, ad fiscum et dispositionem no-
stram Regiam, iure caduco devolut, Nobili Joann Locaszew-
ski, militi nostro, qui sub signis Gnosr Stamslai Lubiano-
wski, Rotmagistri nostri, stipendia meruit, dedimus et contu-
limus pntibus. literis nostris, ita ut eadem bona omnia, et
singulas pecuniar, ubicunq; existen, inquirat, iure adeat, et in
possessionem suam inducat, teneatq; et possideat, et in suos usu-
umq; succorum, ejusq; iure perpetuò convertat. Quod omni-
bus et singulis, praesertim vero Magistratui Warecen, cui
terrisq; sub gressum visus done bona praefata existunt, notum
esse volumus, mandamusq;. Ut requisiti, à praefato Donatario
nostro, vel ipsius Mandatario, bona omnia suprascripta, ubi
cunq; locorum reperta fuerint, vigore pntis donationis nrae,
illi in realem et actualem possessionem tradant, et assignent,
curentq; ut sine quavis morâ et difficultate eisdem bonis
potiatur. In cujus rei fidem pntes. Dat. Varsaviae die VI. Mensis Au-
gusti. Anno Domini MDCXXV. Regnorum
nostrorum Poloniae XXXVIII. Sueciae XXXI.

Sigismundus Rex

Joannes Milęcki

Bona cuiusdam Zamorski Ma:
gnifico Chr̃ophero Wiesiołowski
Marsalco Lithu̇a iure caduco dantur

Sigismundus M. D. G. Significamus quâ nos bona omnia mobi:, Ex.
lia et immobilia, summasq; quascuis pecuniar sive parat, sive ali:,
quâ ratione obligatas, in Oppido nro Tykocin, et alibi vbicunq;
et apud quascunq; personas, in Regno et Dnys nris existen,
obitu cuiusdam Joannis Zamorski, ad fiscum et disponem no:
stram, iure caduco devolut, Magnifico Stopsero Wiesołow:
ski, Curiæ Magni Duc. Lit. Marsalco, Tykocinenq; nro
Capitaneo, dar et conferen esse duximus, utiquidem iure per:
petuæ et irrevocabilis donationis, damus et conferimus
pr intribus literis nostris, ita vt eadem omnia et singula bona,
iure adeat, et in possionem suam vindicet, teneatq; habeat pos:
deat, ac in suos Suorumq; Successorum vsus beneplacitos, per:
petuis convertat. Quod omnibus quorum interest, præsertim
vero Magratui civili Tykocinen, sub cuius Jurisdictione bona
memorata existunt, notum esse volumus, mandantes vt ad
acquisitionem præfati Donatarij nostri, sive ipsius Man:
datarij, bona suprascripta omnia, ipsi in realem et actuale
possionem tradant, curentq; vt sine quauis mora et difficul:tate

altate ydem potiatur bonis. Pro gratiâ nostrâ. In cuius rei
fidem &ca Datum Varsaviæ die IX Mensis Augusti Anno
Domini MDCXXV° Regnorum &c Supra.
Sigismundus Rex Paulus Szalapski

Pensio annua 258 flor. in Zuppis Wielicen. Ali Lubmaistrowa dat.

v.p. Sigismundus M &ca Significamus &ca Quia nos condignam
habentes rationem continuorum, quæ à triginta actis annis,
integrâ fide, singulari diligentiâ, et sedulitate præstitit,
servitorum Nobilis olim Joannis Lubmaier, Seren.ma Con.;
stantiæ Coniugis nostræ Sac.ma Cubicularij, eandem pen.;
sionem annuam, Ducentorum octo florenorum, quam ex
Zuppis nris Wielicen, post olim Domam Hensel.;
rod Bazantnik et quinquaginta florenorum, post mor.;
tem Honesti Caspari Zaur Parmacopolæ nostri, an.;
matim provenientem, accipiebat, Nobili Barbaræ Lubma.;
ierowa, uxori ipsius Ser.ma Constantiæ Coniugis nostræ
Sac.ma sorori, ei obsequia sincera et integra obsequia
quæ exhibuit, et adhuc exhibere non intermittit dando
et assignan esse duximus. Ut igitur præsentibus literis
damus et assignamus; ita ut eam incipien a tempore

mortis

mortis, dicti olim Nobilis Joannis Lubmarer mariti eius, à die
quartâ Nouembris, Anni Millesimi Sexcentesimi Vigesimi
Quarti, proximè prætentâ singulis annis per ratas, nimirum
pro quibushbet quatuor anni temporibus, tollat percipiat
in usus suos quosuis conuertat, ad extrema usq; vitæ suæ tem-
pora. Quod ad notitiam omnium, præsertim vero Zupparum
nostrarum Wielicen moderniorum et pro tempore exntium Ad-
ministratorum, et Zupparionum deducen, volumus, manda-
musq; vt prædictam pensionem ducentorum quinquaginta
octo florenorum, quotannis stato tempore, ex Zuppis nostris
Wielicen, memoratæ Nobili Barbaræ Lubmarerowa, vel
eius Mandatario, integrè absq; omni mora et difficultate,
etiam non expectatis Specialibus, eo nomine mandatorum
nostrorum, ad se literis, extradant, et extradi curent. Quod
nos in rationibus, mediante eiusdem Barbarâ Lubmare-
rowa, manuali quietatione, susceptum, ratumq; et gratum
habituri sumus. In cuius rei fidem præsentes manu nostra sub-
scriptas Sigillo Regni communiri mandauimus. Datum
Varsauiæ die IXa Mensis Augusti Anno Domini etc.

Sigismundus Rex

Martinus Stawiczewski

Iure caduco bona quorũ Ciuium

Wąsoszeñ Nobili Glinka conferunt.

Zr. Sigismundus M. D. Significamus &c. Quia nos bona omnia
mobilia et immobilia, summasq; quasuis pecuniar, siue parat
siue aliqua ratione obligat, vbicunq; et apud quascunq; perso-
nas, in Regno et Dominijs nostris existen, obitu quorundam
Joannis Borkowski, et Coniugis ipsius, atq; Al;
berti Aurifabri, et Catharinæ consortis ipsius, Ciuium Opp;
di nri Wąsosz, ad fiscum et dispositionem nram, iure caduco
deuolut, Nobili Martino Glinka Janiszewski mihi nro
qui contra Imperatorem Turcarum, ad Bocimum, sub signis
Magnifici olim Joannis Caroli Chodkiewicz, Supremi Exer;
cituum Regni, et Magni Ducat. Lit. Generalis Capitanei
Nobis et Reipub. egregiam in militaribus obsequijs, nauа;
ter operam, dare, et conferen esse duximus, Vti quidem iure per;
petuo, et irrenocabilis donationis, damus et conferimus præ;
sentibus literis nostris. Ita vt eadem bona omnia et singula
iure adeat, et in possessionem suam inducat, teneatq; habeat
possideat, ac in suos, suorumq; Successorum vsus beneplacitos,
perpetuo conuertat. Quod omnibus quorum interest, præser;
tim vero Magratui Ciuili Oppidi nostri Wąsosz, sub cuius
Jurisdone, bona memorata existunt, notum esse volumus, man;
dantes, vt ad requisitionem præfati Donatarij nri, siue
ipsius Mandatarij, bona supraspta omnia, ipsi in realem

et actualem

et actualem possionem tradant, curentq; ut sine quauis mora et difficultate eysdem potiatur bonis. Prog̃a nr̃a. In cuius rei fidem &c. Dat. Varsauiæ die 1X Mensis Augusti Anno Domini MDCXXV. Regnor. ut supra

Sigismundus Rex Petrus Tomicki

Bona quorundam Ciuium Liuen. Gno: sæ Radziminska iure caduco conferũt.

Sigismundus &c. Significamus &c. Cum nos bona omnia mo; vbi. bilia et immobilia, summasq; quasuis pecuniarias, siue paratas siue aliqua ratione obligatas, ubicunq; et apud quascunq; personas in Regno et Dominijs nostris existen, obitu quorundam Jacobi Osowski, Martini Rayszewski, Valentini Polaski, Stanislai Polaski, Ciuium antiquæ Ciuitatis nr̃æ Liuen. ad fiscum et dispositionem nr̃am, iure caduco deuolut, Gnosæ Margaretæ, à Skuzewicz, olim Gnosi Alberti Radziminski, Castellani Czernen, relictæ consorti, dare et conferre esse duximus; Vti quidem iure perpetuo et irrenocabilis donationis, damus et conferimus p̃rtibus literis nostris: ita vt eadem omnia et singula bona, iure adeat, et in possessionem suam vindicet, teneatq;, habeat, possideat, ac in suos

suorumq3 Succorum ꝯsus benĕplacitos, perpetuò conuertat,
cũ adiectâ conditionĕ, vt fundi circa et intra ciuitatem
existen, iurisdonĩ et oneribus subsint ciuilibus. Quod om;
nibus q■orum interest, præsertim vero Magtui ciuili
antiquæ ciuitatis mæ Luer, sub cuius iurisdone, bona
memorata exstunt, notum esse volumus, mandantes, vt
ad requisitionem, præfati Donatarij nostri, siue ꝯsius
Mandatarij, bona suprascripta omnia, ipsi in realem et actu;
alem possionem tradant, curentq3 vt sine quauis morâ et
difficultate eadem potiatur bonis. In cuius rei fidem præsentes fieri fecimus. Data in Varsauia die XIV Mensis
Augusti. Anno Domini vt supra.

Sigismundus Rex Joannes Lipski

Jure caduco bona quorundam Grotow, Balcerowicow, Krupickich, Gnoso Martiõ Niemira conferunt.

s.u. Sigismundus Mꝫ ꝯsa Significamus ꝯsa. Quia nos bona omnia mobilia et immobilia summasq3 quasuis pecunias siue paratas siue alignatione obligat, obicunq3 in Regno et Dominijs nostris existen, post quondam

Joannem

Joannem et Sustopserum, necnon Paulum olim Jerzyi
filium, Groty, tum et Vrsulam Korycka, olim Joannis Grots
relictam Viduam, necnon Swopserum et Stanislaum Bal;
cerowic, et Samuelem Maciserowic Krupickic, certis
de causis, ad fiscum et dispositionem nram, iure caduco devolut,
Gnoso Martino Niemira, Judici Terrestri Drohyciń, ob
constantem apsius, ergo nos fidem præclaraq; menta dare et
conferen esse duximus, vti quidem iure perpetuo, et irrevo;
cabilis donationis, damus et conferimus, prntibus Iris nostris,
per eum Successoresq; vosris, in suam potiorem vindicandi te;
nen, habeń, possiden, ac in vsus beneplacitos convertend
Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Magnatib
Castrin Drohyciń, ac alijs sub quorum Jurisdone bona
præfata existunt, notum esse volumus, mandan, vt requi;
siti à præfato Donatario nro, sive eius Mandatario, bona
eadem omnia, ipsi, sine quauis difficultate, et mora in rea;
lem, et actualem possionem, tradant, curentq; vt quam;
primum eadem potiatur bonis, pro gratia nostra. In cuius
rei fidem pntes manu mâ subscras ssra Datm Varsaviæ
die XVIa Mensis Augusti Anno Domini MDC;
XXV. Regnorum nrorum Polonæ XXXVIIo ssra

Sigismundus Rex Petrus Domislanski

Jus caducum post Albertum Pi-
lipek Nli Kozielkowski militi dat.

Ex. Sigismundus &c. Significamus &c. Quia nos meritorum Nobilis Nicolai Kozielkowski, Militis nostri, qui in Cijuli bello partes nostras secutus, ac post in expeditione Moscouitica sub signis Magni Nicolai Strus, suum studium, nobis conte-
status est, ad quam rationem habent ei omnia mobilia et
immobilia, bona, fumasq; quasuis pecuniar, paratas seu ali-
quâ ratione obligatas, ubicunq; et apud quascunq; personas,
in Regno et Dominijs nris exates, morte d. Alberti Joan-
nis Pilipek seu Pilipowicz oppidani Goscinen, cer-
tis de causis, ad fiscum nrum devolut, vize caduc, ltimisq;
eius Successoribus, vize perpetuò, et irrevocabilis donation
dan duximus, fiscoq; nro damus et conferimus. Quaq;
vigore Prædictus Kozielkowski, bona omnia prætata
fumasq; pecuniar, obicunq; quouis modo, et apud quascunq;
personas deposit, seu obligat, vize adeund, repeten, exibe-
ran, dar, venden, alienan, ac in suos quosuis usus con-
uerten, plenam habebit facultatem. Quod ad notitiam omni-
um et singulorum præsertim eius loci Capnic, et Mgratus Cui-
his, deducen, mandamus, vt prædictum donatarium nostrum,
vi adeundâ eorum bonorum possone, vi uent fumasq; pecuni-

arias

arias, ipsi sine vllâ difficultate extradant, ac extradi curent, omninó efficiant, vt eisdem bonis quam primum potiatur. Gra gra nra. In cuius rei fidem &c. Datum Varsauiæ die XVI Mensis Augusti. Anno Domini vt supra.

Sigismundus Rex — Joannes Milęcki

Bona cuiusdam Sieśtrzenicki Gnoso Ruszkowski Dapifero iure caduco dan.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quia nos bona omnia s. n. mobilia et immobilia, hereditaria et obligatoria, summasq; quas; uis pecunias, obligq; locorum exteś, post obitum cuiusdam Petri Sieśtrzenicki, dicti Colmas, certis legitimisq; de causis ad fiscum et disponem nram, iure caduco deuolut, Gnoso Lau; lo, de Roxyce Ruszkowski, Dapifero nro, eusq; ltimis succonbus, iure perpetuæ et irreuocabilis Donationis, dan et conferen esse duximus, damusq; et conferimus pintibus li; teris nris. Ita vt eadem bona omnia, potissimum vero sorten in Villa Sieśtrzenicę, eum quondam concernen, summasq; quas; uis pecunias, cum omni, et integrâ Supellectili, dome; stiq; cæteriq; ad eam pertinen ad eam pertinen in pos; sionem suam vendicet, teneatq; habeat, et possideat, in suosq;

suosq, et suorum Successorum quosuis benepplacitos vsus convertat.
Quod omnibus et singulis, Regni nri Magnatibus potissimum vero
officio Castren Varsavien, catenusq sub quorum Jurisdone bo-
na prafata consistunt, notum esse volumus, Mandamusq
vt requisiti à prædicto Donatario nro, bona omnia supra
dicta, vigore pntis donationis nrae, in realem et actualem
possionem tradant, et assignent, curentq vt sine quarumuis mora
et difficultate, eadem bonis potiatur. Lrog ma ahter
non facturi. In cuius rei fidem &a Datm Varsaviæ die
XVIa Mensis Augusti Anno Domini vt supra.

SIgismundus Rex Joannes Chlęcki

Jus caducum post Cæsos Oppi-
danos Nobili Krassowski confertur

Ex. SIgismundus M &a Significamus &a Quia nos bona omnia
mobilia et immobilia, summasq quasuis pecuniar sue parat
sive aliquarationc, vbinis locorum in Regno et Domi-
nijs nostris obligat, certis de causis, vite caduco, morteq suo;
cundam Joannis Jniola Lipnen, et Liliani Sto-
ry, Scotorum, Oppidani Novæ Civitatis, in Masovia Ma-
t Draz Milewski Apothecarij Oppidi Lrzasnicz,
ad Disponem nram devolut, Nobili Thomæ Krasczowski

Carneka

Cancellaria nostra Notario, dari et conferri esse duximus, Vti quidem iure perpetuo damus, et conferimus Suis hæredibus nostris. Ita Vt eadem, Bona, omnia et singula, iure adeat, ac deptaj tencat, habeat, et possideat, in Vsusj suos quosuis pleno iure conuertat, temporibus perpetuis. Quod omnibus quorum interest, præsertim Vero Magistratibus Ciuitatis Lipnen, Nouæ Ciuitatis, et Przasnen, notum esse Volumus, mandantes Vt requisiti à præfato Donatario nostro, siue ejusdem Mandatario, bona omnia suprascripta illi in realem et actualem possessionem tradant, et assignent Pro gra mâ. Datum Varsauiæ die XVIa Mensis Augusti Anno Domini Vt supra.

Sigismundus Rex. Joannes Lipski

Certus fundus post Podlanski Vnbli Andreæ Łyszkowicz iure caduco dat.

Sigismundus III &c. Significamus. &c. Quod cum certus fundus, vulgo dus, seu bona Zamłynie nuncupata, extra Ciuitatem Radomien existen, post mortem cuiusdam dicti Podlan; ski, certis de causis, ad fiscum et dispositionem nram Regiam,

ure caduco essent devoluta. Nos eadem omnia et singula bona
tam mobilia quam immobilia, summasq quasvis pecunias,
obvias existen, Venerabili Andreæ Lyszkowicz, Vicecusto:
di Colegiatæ Collegiatæ Varsovien, dan et conferen esse du;
ximus, ovi quidem ure perpetuæ et irrevocabilis donati;
onis, damus et conferimus pariter hitens nris: per eum
legitimâ vi nris ria, in possionem suam vindican, teren, ha;
ben, possiden, dan, donan, venden, alienan, commutan
ac in eosus pios aliosq quosvis beneplacitos, convertend.
Quod omnibus quorum interest præsertim vero Magistratui tan
Castren, quam Civili Radomien, notum esse volumus, man;
dantes ot requisiti à præfato Donatario nro seu ejus
us Mandatario bona eadem omnia ejus ure quamis
mora et difficultate in realem et actualem possionem tradant
omnino curent, ot quamprimum eosdem bonis potiri et
gaudere possit. In cujus rei fidem &c
Gratiâ mâ. Dat. Varsaviæ die XVIIIa Mensis Augusti Anno
Domini MDCXXXV. Regnorum ot supra
Sigismundus Rex Joannes Lipski

Consensus ad eximen advocam cum mo;
lendino in Villa Stoniawa Nli Zeromski dat.

Sigismundus

Sigismundus III Dei gra Rex Poloniae &c. Significamus &c. &c.
Consentire nos, Nobili Martino Zeromski, militi nostro, qui nobis
militarem operam, sub signis Generosi Stephani Potocki, Capitanei
Camenecen., in Expeditione Moscouitica, praeclare testatus est
vt possit Aduocatiam, in Villa vna Stomawa, Capitaneatus Ma-
lowien. tum et Molendinum in fluuio Orzecz sub Oppido Ma-
low existen., post mortem Nobilis Alberti Drzązowski, ad
disponem nram deuolut., de manibus Successorum eiusdem, seu
aliorum quorumuis modernorum, tanquam nullo iure possessorum
eximere, seu aliqua alia iuris via, in suam potestatem vindicare.
Quam quidem Aduocatiam, modo praemisso eiberatam praefatus
Nobilis Martinus Zeromski, vna cum eodem Molendino,
necnon cum omnibus agris, pratis, attineng. et pertinen. omnib.;
suis, antiquitus eo spectan., tenebit, habebit, et possidebit ad
extrema vitae suae tempora. Promittimus" pro nobis et Se-
renis. Successoribus nris, non esse nos eundem Nobilem Mar-
tinum Zeromski, a possione et vsu supraptorum bonorum
amoturos, aut amoxen cuipiam potestatem facturos, imo sal-
uum et integrum iis aduitale, eiden. conseruaturos. Post
mortem vero ipsius, non prius dicta bona, ad man. Sere-
nissimo rum. Successorum nrorum disponem redibunt, quae
summa in literis Originalibus expressa, vel ex taxa

Confirmationum

Commissarorum proxenens Successibus eius integre fuerit per
soluta. Juribus nris Regalibus Reipub. Ecclesiq Catholicæ
salvis manen. In cuius rei fidem &c. Datum Varsaviæ
die XXV. Mensis Augusti Anno Dni Millesimo.

Sigismundus Rex

Fus caducum post Kilianu et Thomam Sobaczonien Nli Biessiekierski dat.

Ex. Sigismundus &c. Significamus. &c. Quia nos bona omnia mo-
bilia et immobilia, summas pecuniar, sive paratas sive aliqua ratio-
ne obligatas, obicunq locorum in Regno et Dominijs nris exi-
sten post mortem quorundam Kiliani et Thomæ Scotorum Jnicola,
cum Sobaczonien, Nobili Petro Biessiekierski Cancellariæ no-
stræ Notario, certis legitimisq de causis, ad fiscum deferen-
nostram jure caduco devolut, dan et conferen esse duximus,
prout tenore hteris nris damus, et conferimus, in perpetuo
ponden, teren, et in suos Successorumq suorum quosvis bene-
placitos usus convertен. Quod omnibus et singulis quorum
interest, nominatim vero Magistratibus quibusvis, tam Castren
quam Curiis, sub quorum Jurisdone bona prædicta exi-
stunt, notum esse volumus, mandamusq, ut requisitis a
prædicto Donatario nostro, eidem bona suprascripta

omnia

omnia, quæcunq́ reperta fuerint, et apud quascunq́ personas, in rea-
lem et actualem possionem, tradant sedulò curent. Vt sine quamis
mora et difficultate, eisdem bonis potiatur. Pro grà nrà. In
cuius rei fidem &c. Datæ Varsaviæ die Mca Mensis Septemb.
Anno Domini. Vt supra

Sigismundus Rex Petrus Domislawski

Duo mansi agri in Villa Rzadka wola Nobili Bilinski confirmantur.

Sigismundus M. &c. Significamus &c. Quod ad intercessio, &c.
nem certorum Conciliariorum nostrorum, pro Nobili Gropsero Bilin-
ski, apud nos factam, duos mansos agri desertos, quorum alter
prædialibus, alter Monasterij Brestens, instituti Sancti Domi
nici, agris contiguus est, in Villa dicta Rzadka wola, ad
Capreatum Brestens spectans, sit, prædicto Nobili Gropsero
Bilinski, dandos et conferendos esse duxerimus, vti quidem
præsentibus dictos mansos, cum omnibus areis, sortis, agris pra-
tis, fructibus, emolumentis, cæteris q́ omnibus antiquitus
eis spectan, attinen, et pertinen, damus et conferimus, ad extre
ma vita sua tempora. Committen pro nobis et Sere-
nissimis Successoribus nris, quod prænominato Nobili Gropsero

Bilinski superstite, eorum et posterorum superius dictorum manso;
eum, ab eodem non amovebimus, neq; alienabimus, aut amovendi alie;
nandive cuipiam potestatem faciemus, sed salvum et integrum
Jus eius adultalitium, conservabimus, et Sexmi Successores nri
conservabunt; Salvis onerib⁹ ex eisdem mansis debitis, tum
Juribus nris Regalibus, Reipub.ae Civiq; Catholicæ illæsis
ibidem in toto manentibus. In cuius rei fidem &c. Datum
Varsaviæ die V.a Mensis Septembris Anno Dni &c. sup.
Sigismundus Rex Joannis Milęcki.

Consensus ad cedendam Tabernam Wilkowska dictam in Villa Nie: polomice Nobili Ostrowski datus.

v.g. Sigismundus &c. Significamus &c. Consensisse nos et permi
sisse, consentireq; et permittere patribus bris nris, ad intercessio:
nem certorum Cordialiorum morum, Nobili Adamo Ostrowski,
ut possit et valeat, de omni et integro iure suo, qui supra Tabe:
nam dictam Wilkowska, in Villa Niepolomice, & mansis eiusdem
sit, à nobis servientc, Honestis Simoni Grodecki, et Zofiæ Con:
jugibus cedere, Illudq; in personas Morum, plenarie transferre.

Cuæ

Quæ quidem cessio, unióq; transfusio, postea quam coram Actis qui;
buscunq; authenticis Regni facta, et recognita fuerit, eam nos
ratam et gratam habituri fumus; ita vt eius pretiq; consensus
nri Origore, prædictus Honestus Simon Grodecki, vna cum Con;
uge suâ, Tabernam suprasptam, cum eiusdem agris, fundis cam;
pis, pratis, hortis, omnibus generaliter attinentys, et pertinen
ad eam ex antiquo spectan, nullis penitus exceptis, tenean ha;
beant, et possideant, illâq; quietè et pacifice vtifruantur ad ex;
trema vsq; vitæ suæ tempora. Promittimusq; pro nobis et Sez.mis
Successoribus nostris non esse nos præfatos coniuges ab vsu et pos;
sessione dictæ Tabernæ, eius attinentiarum amoturos, aut amo;
ueri cupiam potestatem daturos, sed salvum et integrum iis
admittere, ipsis in solidum conseruaturos, quod et Sez.mi Succes;
res nri præstabunt. Porro illis vitâ functis, non prius dictabo;
na, ad nostram, Sermorumq; Successorum nrorum, dispositionem redibunt,
quam Summa in literis originalibus expressa, vel ex taxa omissa;
norum morum prouenies, Successoribus illorum integrè numerata
et persoluta fuerit. Juribus nris Regalibus Reipub.æ et Ec;
clesiæ Catholicæ salvis manentibus. In cuius rei fidem &c.
Datum Varsauiæ die V.a Mensis Septemb. Anno Dni &t sup.

Sigismundus Rex Martinus Starczewski

Communicatio Juris super Villam Staro

gard Gnõsæ Hẽduigi Przerembską Con
iugi Gnõsi Parys Castellani Varsauien data.

v.g. Sigismundus III &c. Significamus &c. Quod quemadmodum antea
Gnoso Parys Castellanus Varsauien, Villam Stavogard
in Dctũ iacentem, iure adnitahtio dederamus et contu-
leramus, ita nunc quoq; hoc idem ius adnitahtium Gnosæ Hedui-
gi Przerembska, coniugi ipsius vitæ communicandum duximus,
prout communicamus pntibus litteris nris, volẽs vt postac,
non solum ipse Gnosus Castellanus Varsouien, uerum etiam præ-
fata ipsius Coniunx, Villam prædictam, cum omnibus agris, pra-
tis, campis, sylvis, tabernis, molendinis, lacubus, stagnis, piscinis,
subditis, eorumq; laboribus, censibus, obuentionibus, emolumentis
comodis, attinentijsq et pertinentijs, antiquitus ad eam Villam
spectan, teneat, habeat, et possideat, cum præfato Gnoso coniu-
ge suo, in solidum, tam diuisim quam coniunctim, ad extrema
vitæ Morum, siue alterutrius Morum tempora. Promittimusq;
pro nobis et Sez^mis Successoribus nris, non esse nos, memora-
tos Coniuges, ab usu et pacifica possessione, prædictæ Villæ amotu-
ros sed salvum et integrum Jus adnitahtium, quoad vixerint, vel
vno eorum vita functo, alteri superstiti, conseruatur. Da-
tione vero eius adnitahtatis, ex præfatâ Villâ, Quartam
quotannis prouentuum partem, iuxta Constitutiones Regni

Status

statis temporibus Romam dicti Coniuges inferrent, et realiter persoluent. a diuersa item ibidem sita, sarta tectaq; conseruabunt, nub; ditos insolitis labonibus, onenibus, et exactionibus, non afficient et eorum bonorum, quoad fieri potent, meliorem conditionem red; dent. Junibus nris Regalibus Reipub.ae Ecclesiaq; Catholi cae saluis. In cuius rei fidem &c. Datae Varsauiae die VIta Mensis Septembris Anno Dni vt supra

Sigismundus Rex Petrus Domislawski

Castellanatus Brzesten. Gno; so Alberto Wysocki confertur

Sigismundus &c. Significamus. &c. Quod cum maturam et gra; Ex.
uem, ex omnibus Regni nri Dignitatibus conferen, deliberonem semper adsibere, idq; in eis, uel maxime spectare soleamus, vt ys ui ros, quos non solum selectus gentilitiae claritudinis splendor, se; cum etiam, quamet ipsorum virtute, et sacroias facinoribus par; ta decora, multaq; et singulania erga nos et Reipub.am merita, nobis comendant, praestiamus. Cum uero vel potissimum eo per; sonarum delectu, et tam exacta trutina, ac examine, in ys Rei; pub.ae bonorum, mandan, quibus grauis illa, et non minus loci praerogatiua amplissima, quam oneris atq; officij difficultate, gra; uissima Senatoriae functionis nicst dignitas, vti consueuimus.

In eo enim nram Dignitatem totius Reipub.ae incolumitate, civium salutem publicamq; tranquillitatem vigere, et versari prae; clare intelligimus, si spectatae prudentiae, gravitatis, et authoritatis senatoribus, tanquam certissimis fulcris, atq; columnis Reipub.ae innitatur. Quamobrem, vacan ad prnd Castellanatu Brzesten, post obitum Gnosi Alberti Sokolowski, Castellani Brzesten, in eam cogitationem incubuimus, vt in ipsius locum, personam tanta functioni parem, substitueremus, atq; in hac cogitatione defixis, nobis, obversari statim nobis coepit spectata prudentia, et toties iam edita, rara dexteritatis, singularis invententys ferendis promptitudinis specimina, Gnosi Alberti de Budzislaw Wysocki Caprei nri Gnesnen, et Castellani Nacl, qui cum in ea familia ortus fuisset, quae semper illustrium virorum ferax extitit, simul atq; per aetatem illi licuit, ad Aulam sese nram contulit, inter aulicosq; mos adscitus a nobis, nihil praetermisit, quo fidem, integritatem promptumq; obsequen. studium, nobis testatum reddere potuisset. Quibus quidem heroicis et praestantibus animi sui virtutibus, tantum apud nos profecerat, vt eum dignum iudicaremus, quem inter natorum nrorum numerum cooptaremus: Quod quid vacante Castellanatu Naclensi, praestitimus, eumq; hac dignitate insignivimus, atq; sic Me latiorem exercendarum virtutu suarum campum nactus, Dignitatis nrae accrimum defensorem

Ecclesiae Cathol
pugnatorem, ac
qsq; praeclaris
gnum, fauile
Castellanatum
ipsi dari et con
mus pontibus
gnis, vinibus pr
tentudine, ad
habeat, gerat, et
vel quousq ad
tem. Quod omn
ven Officialibu
mus notum tes
Gnosum de B
stellani Brzes
praerogativis, p
quo spectantibu
interesse curent
Dat.m Varsau
Domini MD
Segismundus

Ecclesiæ Catholicæ, legum libertatumq; publicarum indefessum pro-
pugnatorem, ac Reipub.ª amantissimum Senatorem, esse probuit,
Quæ claris pro Reipub.ª conatibus, altus dignitatis fasti,
grum, facile et omnium iudicio, meretur. Itaq; Nominatum
Castellanatum Brzesten, eo quo præmittum est modo vacan,
ipsi dari et conferri esse duximus, Vti quidem damus, et confe-
rimus præsentibus literis nris. Ita vt eundem, cum omnibus et sin
gulis, iuribus, prouentibus, eminentijs, prærogatiuis de iure et
consuetudine, ad eundem Castellanatum spectan, et pertinen
habeat, gerat, et obtineat, ad extrema vitæ suæ tempora,
vel quousq; ad maiorem per nos non fuerit promotus dignita-
tem. Quod omnibus et singulis, quorum interest, potissimu
vero officialibus, Dignitarijs, Vniuersiq; nobilitati Terræ
Mris notum testatumq; esse volumus. Mandan, vt prafatu
Nobis de Budzistaw Wystocki, pro vero et legitimo Ca-
stellano Brzesten, habeant et agnoscant, de loco, iuribus,
prærogatiuis, prouentibus, ad eundem Castellanatum ex anti-
quo spectantibus, respondeant, responderiq; ab ijs quorum
interest curent. In cuius rei fidem Sigra
Dat. in Varsauia die VI.ª Mensis Septembris Anno
Domini MDCXXO. Regnor. Vt supra.

Sigismundus Rex Petrus Pomostawski

Consensus Nobili Alberto Srzedzin ski accedeñ Aduocatia in Villâ Strzalkowice datus.

v.g. Sigismundus &c. Significamus &c. Consentire nos et permit-
tere præsentibus literis nris, Nobili Alberto Srzedzinski, vt pos-
sit et valeat de omni ac integro iure suo, sibi super Aduocan-
in Villâ nra Strzalkowice, capreatus competen
cedere, Mudý coram quibuscunq; Regni nri Actis audienti-
cis, in personam Nobilis Stephani Srzedzinski, fratris sui
germani, et Nobilis Elizabetæ de Taranowice Conjugum
legitimorum transferre, et plenarie transfundere. Ita
vt post factam eam legitimè cessionem, vigore eius priuilg
consensus nri, prædictam Aduocam, cum Sortis, areis ædi-
ficijs, agris, pratis, fructibus, emolumentis, cæteris q; omnibus
antiquitus eo spectantibus, attinen, et pertinen, Nobilis Ste-
phanus Srzedzinski, vna cum Nobili Elizabetha de Tarano-
wice conjuge suâ legitimâ, insolidum teneant, habeant, et possi-
deant, ad extrema vitæ suæ, vel alterutrius eorum tempora.
Promittimus verò pro nobis et Sereñis Successoribus nostris,
non esse nos, memoratos Conjuges, à possessione dictæ Ad-
uocatiæ, vita ipsorum durante, amoturos, neminiq; amoven

protestor

potestatem facturos, quin imo, saluum et integrum ius aduocatii, um inviolatum, eisdem conseruaturos, quod et Sez.mi Successores nri præstabunt. Salvis oneribus ex eadem Aduocatia debitis, tum Juribus nris Regalibus Reipub.æ Ecclesiæ Catholicæ Massis, vbidem in toto manentibus. In cuius rei fidem &c.a Datum Varsauiæ die VIII.a Mensis Septembris Anno Domini MDCXXXV. Regnorum Vt supra.

Sigismundus Rex Martinus Starozenski

Consensus ad cedendam Aduocat.am in Oppido Kenty Gnoso Przeremski dat.

Sigismundus III.us &c.a Significamus &c.a Quod cum intellexisse; vel.
mus, Gnosum Hieronymum à Przerąb Przeremski, Aulicum nostrum, Aduocatiam in Oppido nro Kenty, quæ ipsi antea per nos speciali Priuilegio, vice adultali collata fuit, inperpetuam Gnosi Pauli de Obory Lesniowolski, Capnei nri Zathorien, cedere, et condescendere: velle, facile esse existimauimus, Vt in eam cessionem. et transfusionem vinis, facile ra: tionem habentes mentorum vtriusq consentiremus, vti quidem pribus consentimus, et concedimus Vt prænomi; natus Gnosus Hieronymus Przeremski possit et va;

leat

leat coram quibuscung Actis aut Senticiis Regni, eadem Adus;
catiâ, in Oppido Kenty consister, in personam supranominati
Pauli Lesnorvolski, Oppidi Zatbonen, cedere et conde;
scendere. Quâ quidem cessio, nisig suprascripti, super praedicta
Aduocatiam, transfusis, postea quam ultimè et officiosè sicu;
ti prämissum est, peracta fuerit, nos vti eam, quâ Consen;
su nro accedente, peragetur, ratam et gratam habituri sumus,
atq vigore eiusdem cessionis, prafatus Jnvictus Paulus
Lesnorvolski, eandem Aduocatiam suprascriptam, cum
omnibus agris, pratis, campis, sylvis, pascuis piscinis, la;
cubus, molendinis, tabernis, alijsq quibuscuis attinentijs et
pertinentijs, tenebit, habebit, possidebit, ad extrema vitäius
tempora. Co nexo è viuis sublato, non prius Successores ips
vsu et possone eiusdem Aduocatiä privabuntur, donec ipsis
summa Originalis, in Privilegio Fundationis expressa, vel
ex taxa provenien. reposita fuerit. Jnvictus nris Reipub.
Coelesiq Catholicä salutis manentibus. In cuius rei fidem
presentes Jras. Datas Varsaviä die VIIma Mensis Sep;
tembris - Anno Domini Ot supra

Sigismundus Rex Joannes Milęcki

Consensus Nblibus Mathiä Taszy
cki & Catherinä Coniugibus adscsedeñ

Villä

Villâ Siemichow cum Aduocâ ibid sit dat.

Sigismundus M dfra Significamus dfra Consensisse nos consentireq; pra:, v.g.
sentibus hrens nris, Nobilibus Matsie Paszycki, et Catharinâ Ther:,
bęcianka conjugibus, ut possint et valeant, de nre aduitali sibi su;
per Villam Siemichow, et Aduocatiam in ea existen, in Capne;
atu Zodowen sit, sermen, Nobilibus Grubo Paszycki, et Hebza;
bets de Bylin Szczepanowska, conjugibus, cedere, illudq; in perso;
nam ipsorum, transfunder et transferre. Quaquidem cessio,
iurisq; transfusio, posteaquam coram Actis quibusuis Regnian;
tibus, recognita fuerit, nos eam ratam habituri sumus, eiusq;
cessionis, ac pactis consensus nri vigore, memorati conjuges pra;
dictam Villam Siemichow, et Aduocatiam in ea existen, cum duo;
bus agris Kmetonalibus, eidem Aduocatiæ adnexis, nec non a;
gris, pratis, fundis, sylvis, colonis, censibus, fructibus, datijs, one ri;
bus, conodis, et emolumentis, pascuis, colonis, hortulanis, piscinis,
stagnis, molendinis, omnibusq; et singulis pradictæ Villæ, et Sul;
tetiæ attinen, insolidum tenebunt, et possidebunt, ad extrema vitæ
suæ tempora. Promittimusq; pro nobis et Sez[mis] Successoribus nris,
non esse nos memoratos Conjuges, ab hac et posthac dictæ Villæ
et Aduocatiæ amoturos, quin imo salvum et integrum vis adnexale
rtiq; eorum insolidum, conservaturos, et Sez[mi] Successores nros
conservabunt. Ratione cuius Villæ quartam proventuum par;

ten

tem Rayam quotannis inferre tenebuntur. Post decessum vero ipsorum, non prius dispositio dictæ Advocâ, ad nos redibit, quam Summa in eâ tunc inscripta, vel ex taxa Commissariorum provenions, Successoribus eorum integre persoluta fuerit. Junibus nris Regalibus Reginb. et Eccle Catholicæ salutis In quorum fidem præsentes fieri Datæ Varsaviæ die 12a. Mensis Septembris. Anno Domini ut supra

Sigismundus Rex Joannes Mielęcki

Capitaneatus Mielnicen post Gnosum Gostomski Magco Wie: Siołowski Marsalco Lithæ. confertur.

Ex. Sigismundus III. Significamus Tenore præsentium Meretur eximia Magnifici Christophori Wiesiołowski, pro Magno Duc. Lithæ Curiæ nræ Marsalci virtus, ac præclara ipsius merita, pacis bellóq nobis et Reipubæ præstita, suo iure exposcunt ut per omnes occasiones, eius rationem habeamus; namq illustri ortus sanguine, et innatæ memor indolis, ita semper se gessit, ut maturum eius, ad res magnas suscipiendas studium, continuo ferretur impetu, maturescentisq adhuc ætatis, antevenieret expectationem. Idem miles fortis, magnis

probatus

probatus Duabus, idem Reipub.ae publicorumq; in Comitys Regni
Consiliorum, Director salutaris, idem semper et publicae salutis, et
nostrae Dignitatis assertor, acerrimus, prudens Senator, explo-
rata fidei Consiliarius. Hunc nos illustribus auctum honoribus,
et fortunarum quoq; incrementis, ad nauandam nobis et Rei-
pub.ae operam, magis idoneum reddituros, eidem Capitaneatum Mel-
nicensem, morte Ihnosii olim Cremiani Gostomski uacantem,
conferendum esse duximus, et quidem praesentibus hteris nris,
cum oppido Melnik Castro, iurisdictione Capneali, praedijs
Villis, Aduocatijs, molendinis, censibus, exteris q omnibus obuen-
tionibus, quaecunq in usu et postone proxime vita functi
Capitanei, erant, nullis exceptis conferimus, ad extrema prae-
fati Magnifici Marsalci vitae tempora. Quomittimusq
pro nobis, et Serenis Successoribus nostris, non esse nos Sere-
nitatemq Successores nros, eundem Magcum Marsalcum,
a postone et usu dicti Capneatus, eiusq attinentiarum un-
quam amoturos, aut amouendi cuiquam potestatem concessuros,
imo saluum et integrum iis adultabitum, ipsi conseruaturos; Ca
adiecta conditione, ut isidem Magcus Ihnosius Wiesiolo-
wski, quottannis mille florenos Polonicales, quos pensionis an-
nae nomine, Ihnosi Alberto Mleczko, Succameriano Dro
hyczen assignauimus, in Thesaurum Regni prescripto Consti

turonibus publicis tempore, inferat et persoluat. Deinde Quar-
tam eiusdem Capreatus prouentuum, partem, Quam quotan-
nis representet. Denig pro structurâ Arcis Mielnicen[sis] te-
ctisq[ue] tartis conseruandis, tantum quolibet anno impendat quan-
tum à Bonorum officialibus, duitâ prouentuum propor-
tione, assignatum et iniunctum illi fuerit. Iuribus nostris
Reipub[licæ] et Ecclesiæ Catholicæ salvis. In cuius rei fid[em] &c.
Dat[um] Varsauiæ die IX[a] Mensis Septembris. Anno Dñi. octuag[esimo]
Sigismundus Rex Joannes Mielecki.

Consensus adcedens boniskali nowiec, Gawrony et Stanomin Gnoss Heduigi Krzykowska datus.

Ex. Sigismundus III[us] &c. Significamus &c. Quod cum Gnosa Hed-
uigis de Lonczyn, Krzykoska, Gnoss olim Alberti Krzy-
koski, Castellani Cracouien[sis] consors legitima, rationibus
ita iuris postulantibus, in animum induxisset, bona Kalino-
wiec et Gawrony, in Palatinatu Brestien[si], et Stano-
min in Palatinatu Inowladislavien[si] iure adnitalitio

sibi

sibi competen̄ in personam Gnosi Joannis Borucki, Judicis Terre;
stris Juniuladislavien̄, transfundere. Supplicatum nobis esset, vt
nostrum Consensum, ad eiusmodi transfusionem prabberemus, dan̄
hoc putauimus, eximys Gnosi Judicis Juniuladislavien̄ meritis,
vt postea quam, hac vita adultality transfusio per prafatam
Gnosam Hedwigim de Lonętowo Krzykoska, in personam pra
fati Judicis, time coram Actis gubusuis Authenticis peracta
fuent, bona prafata Kalinowice, Gavrony, et Stanowin, cum
agris fundis, pratis, campis, sylvis, stagnis, molendinis, tabernis,
subditis, eorum censibus, laboribus, attinentijs et pertinen̄ vni-
uersis, antiquitus ad ea bona spectan̄, idem Gnosus Joannes
Borucki Judex Terrestris Juniuladislavien̄ teneat, habeat et
possideat, ad extrema vitæ sua tempora. Promittimusq pro No-
bis et Sez^mis Successoribus nostris, non esse nos Sez^mosq Suc-
Successoribus nris, non ette nos Serenmosq; Successores nros, memoratos fra;
tres germanos, ab usu et possone lanei agri medy, amoturos, aut
amouen cuipiam potestatem daturos, sed saluum, et integrum
nis adnitale ipsis conseruaturos. Juribus nris Regalibus Rei;
pub[ca] et Eccl[ca] Catholicæ salvis. Jn cuius rei fidem ꝑsens Dat[m]
Cziemierniczys die XXI[a]. Mensis Nouemb. Anno Dni vt sup.

Conseruatio filiorum Mathiæ Dimidowicz in possone medy lanei agri Tinowski dicti.

Sigismundus M[s] ꝑsens significamus ꝑsentes Conseruasse nos con; vid.
seruareq; ꝑntibus literis nris Honestos Stacynctum Sta;
nislaum

mislaum, et Juanum filios, Matsha Dimidowicz Filios;
nis, in voru et posttork, medÿ Lanei agri. Synowski dict, in Vil:
lâ nrâ Wysne Synowodzko Capreatus Strien consisten. Jta
et eundem medium Lanetum agri, memorati fratres cum omnibus co-
modis, utilitatibus, attinentijsq', et pertinen' universis, antiqui-
tus eo spectan', prout parens ipsoram tenuit, et possedit, ipsi quoq'
quilibet suo pro interesse, teneant, habeant, et possideant, ad extre-
ma uitæ sue tempora. Promitten' pro nobis, et Sez'mis Successo-
ribus nris, non esse nos, memoratos Dimidowiczow fratres, ab usu et
possone dicti Lanei agri, amoturos, aut amouendi cupiam pro-
testatem daturos, sed salvum et integrum ius dominale ipsis con-
servaturos. Jnnbres nris Regalibus Reipub.ae et Catha-
tholicæ salvis manen'. Jn cuius rei fidem &c. Dat'm Ciemier-
nicijs die xxi.a Mensis Novembris Anno Dñi vt supra.

Aduocatia in Villa Miszalnica Ca-
preatus Sandecen' Groso Osinski confertur.

vlg. Sigismundus &c. Significamus &c. Ob præstantes Gnosi
Samuelis Osinski, Camerae nrae Lucen, virtutes, singulariaq;
ipsius

ipsius in nos merita, faciēq nobis esse duximus, vt ipsi facultatem et consensum nrum Regium, Aduocatiam seu Scultetiam, in Villâ nrâ MoZalnica, Capneatus Sandecēn, existēn morte Nobilis Samuelis Wielogłowski, ad disponendum nram de-uolut, de manibus modernorum, tanquam nullo iure possessa, certis pecuniarum Summis redimendi, seu aliâ quauis ineuitis uiâ in possessionem suam uindicandi, daremus, et concederemus, utiquidem damus, et concedimus fratribus suis nris. Quam quidem Aduocatiam seu Scultetiam, modo præmisso exemptam, cum omnibus agris, pratis, campis, hortis, taberna, molendino, subditis, attinenq et pertinen, omnibus, antiquitus eo spectan memoratus Osinski tenebit, habebit, et possidebit, ad extrema vitæ suæ tempora. Promittimusq pro nobis, et Sez mis Successoribus nris, non esse nos eundem Inosum Osinski, abusu et possessione suprascriptæ Aduocatiæ, seu Scultetiæ amoturos, aut amouendi cuipiam potestatem daturos, sed saluum et integrum iuis admodum, ipsi conseruaturos. Ipso uero uitâ functo, non prius bona eadem, ad disponendum nram Sez morumq Successorum nostrorum redibunt, quam summa ibidem legitime inscripta

vel

Succoribus ipsius persoluta fuerit. Juribus nris Regalibus Rei;
pub.ae et Eccl.ae Cathol.ae salvis. In cuius rei fidem ffa Dat
Crem.ernicij die XXI.a Mensis Novembris Anno Domi
ni. pront supra.
Sigismundus Rex

Jus caducum post Rostaum Tracki No:
bili Joanni Tyszkowski militi confertur.

v.R. Sigismundus M. ffa Joannes. ffa Quia Nos bona omnia mobilia
et immobilia summasq quasvis pecuniar sive paratas sive ali
qua ratione obligatas, apud quasvis personas, in Regno et Do;
minijs nris existen, post mortem Honesti Rosciszai Tracki in;
colae civitatis Camenecen Podoliae certis timisq de causis
ad fiscum et dispositionem nram Regiam, iure caduco devolu;
ta, Nobili Joanni Tyszkowski militi nro, qui sub signis
Magci Stephani Potocki, capitanei nri Camenecen, stipendia
merut, dedimus et contulimus, prout literis nris. Ita ut
eadem bona omnia, tum et summas pecuniar, ubicunq existen
inquirat, iure adeat, et in possessionem suam vindicet, teneatq
habeat, et possideat, ac in suos usus convertat Successum benevolentes

Cum

versus, nec perpetuo connectat. Quod omnibus et singulis præsentibus Magratui, tam Castrenſ quam Civili Camerearum, cæterisq; sub quorum Jurisdone bona prædicta existunt, notum esse volumus, mandamusq; ut requisiti à prædicto Donatario nro, vel ipsius mandatario, bona ora supascripta, & breuiq; reperta fuerint, vigore præsentis donationis nrę, illi in realem et actualem possessionem tradant, et assignent, curentq; ut sine quauis morâ et difficultate eisdem bonis potiatur. Præmissa nrâ alias non facturi. In cuius rei fidem præsentes dari mandauimus. Datum Cremiernicys die XXIIo. Mensis Nouembr. Anno Dñi. Vtsup.

Sigismundus Rex

Bona post Bernardum Klodt filium q: e; ius pduelles Gn. Denhoff iure feudi dant.

Sigismundus M. dta Significamus ffa Quod cum Fidelis Dilectus Dnus Denhoff, certæ cohortis nostræ Capitaneus, in Valachia et Limonicis expeditionibus bellicis, non sine singulari fide ac dextentate, seruitia sua, nobis ac Reipub. comendatissima reddident, pro innata munificentiâ nrâ, Regiâ fauendum

exr duximus, vt eidem Bernardi Clodt ejusq; filij
Clodt bona omnia mobilia et immobilia, vbicunq; in Regno Domi
nijsq; nris habita, et possessa, ob perduellionem eorundem, eo quod
fracta fide suâ, ad partes Justani Adolphi, Sudermaniæ Ducis,
nostri et Reipub.ce nrâ, hostis, ultro cessissent, ad fiscum nrum
devoluta, iure feudi damus, et conferremus, vti quidem damus
donamus et conferimus praesentibus literis nris per eundem eiusq;
legitimos Successores, masculini sexus, de lumbis eius descenden-
tes, cum omnibus attinen. et pertinen. fructibus, reditibus, obuenti-
onibus, comodisq; singulis ac universis, prout à prioribus possori-
bus tenebantur, tenen. haben. possiden. uten. frucn. dar. donar.
comutar. venden. et alio quouis modo alienar. non tamen
absq; peculiari nro, aut Successorum nrorum consensu. cuius
feudi ratione, ad nulla alia onera nobis, ac Reipubcæ nræ
spectet, et masculina eius posteritas tenebuntur, praeterquam
ad ea, quæ cætera quoq; nobilitas, eiusdem Provinciæ præ-
stat, et in posterum præstabit. Quod omnibus in universum
quorum interest, præsertim uero Magistratibus, quorum Juris-
dictioni præfata bona subiacent, notum esse volumus. Man-
dan. ne prænominatum Donatarium nrum, circa assequenda

possessionem

postmonem impediant, aut impediri permittant, uerum potius
ot ijs potiatur, postmeng̃ apprehendat, omnem operam et auxili;
um suum di præstent. Jurubus tamen nris Regalibus Re;
pub.ã et Eccl.ã Catholicã salus ibidem permanen. In cuius
rei fidem p.ntes manu nr.ã subscriptas Sigillo Regni et
Mag. Duc. Lit.ã communiri iussimus. Dat.m in Cremer;
nik die XXII.a Mensis Novembr. Anno Dn.i vt sup.

Sigismundus Rex Petrus Domislawski

Aduocatia in Villâ Brusno No
bili Alexandro Wierzbicki datur

Sigismundus M.ca Significamus tenore p.nt.ium nos, consen; v.g.
tiej p.ntibus tris nris, Nobili Alexandro Wierzbicki, vt pos;
sit et ualeat Aduocat.m in Villâ Brusno, in Capreatu Lu;
baczouen consist.n, ob tim.s et Jundicas rationes, et cau;
sas, post mortem Nobilis Joannis Krasuski, ad nos dispon.g̃
nram devolut.m iustis pecuniar.m sumis redimere, seu alio quo;
uis iuris ordine, et modo, de manibus modernorum possorum, vel
aliorum quorumuis, uis et interu.ne aliquod ad eam Aduocat.m

ten

seu Summas in eâ existen; se Sabere pretenden, quorum nomina
et cognomina, Sic pro expressis Sabere volumus, vindicare et
recuperare. Quam quidem Aduocatiam, cum iuris ordine, Soc
nro mediante consensu, recuperauerit, cum omnibus et singulis
eius attinen, et pertinen, agris nimirum, fundis, pratis, pascuis,
is stagnis, piscinis, sylvis, nemoribus, tabernis, molendinis, pro-
uentibus, censibus, atq; omnibus generalr comodis, ac emolu-
mentis, modo quocunq; ad dictam Aduocatiam ex antiquo
spectan, nullis penitus exceptis, tenebit, Sabebit, et possi-
bit ad extrema vitæ sua tempora. Promittimusq; pro nobis
et Sacris Successoribus nris, non esse nos, Successosq; nros, ips;
tum Donatarium, ab usu et possone dictæ Aduocatiæ, quoad
vixerit amoturos, aut cuipiam amouendi potestatem daturos, sed
salvum Jus admittendum, ipsi conseruatur, eo vero vitæ
functo, non prius inde Successores ipsos cedere debebunt, quam
Summa in literis originalibus expressa, vel quam in redempti-
one eius Aduocatiæ exponet, Successoribus illius integre fuerit
persoluta. Juribus nris Regalibus Regnis Ecclæq; Catholicæ
salvis. In cuius rei fidem ps Dat Vilnemericys die XXV
Mensis Novembris Anno Dni ut supra.

Sigismundus Rex Joannes Lipski

Jus

Jus caducum post Simonem Sartorem Lublinen. Nobili Wilczopolski confertur

Sigismundus M. D. Significamus Qa. Quia nos bona omnia mobilia et inmobilia, summasq; quasuis pecuniar, sue parat sue aliqua ex. cone, cuius locorum obligat, certis de causis, iure caduco, post quendam Simonem Sartorem dict. Sivoy Incolam Lublinen, ad fiscum nrum Regium devolut. Nobi; li Hieronymo Wilczopolski, dan. et conferen. exi. duximus vti quidem iure perpetuo damus et conferimus pntibus. Ita vt eadem bona omnia et singula, iure adeat, adeptaq; tene; at, habeat, et possideat, in ususq; suos, ac suorum Successorum conuertat, temporibus perpetuis. Quod omnibus et singulis quor. m interest, presertim vero Mgratui Civili Lublinen, notum esse volumus, mandan, vt requisiti a prefato Donatario mo sue ipsius mandatario bona ita suprascripta, illi in realem et actualem possessionem tradant et assignent. In cuius rei fidem Qa. Dat. m Siemierniciis die XXV. Men; sis Novembris Anno Dni MDXXV. Regnoru nrorum Poloniae XXXVII. Suecia XXXII. Anno

Sigismundus Rex. Letus Domslawski

v.g.

Jus caducum post Stephanum Auriga
Nobili Bulakowski conferitur

s.u. Sigismundus M. Significamus &c. Cum nos bona omnia mo-
bilia et immobilia summasq; quasuis pecuniar, apud quas-
uis personas exntes, morte cuiusdam Stephani Aurigæ dere-
lict. et ad fiscum nrum, certis de causis devolutor, Nobili Bar-
tholomeo Bulakowski, dan. et conferen. esse duximus: Ot-
quidem damus et conferimus prætibus per eundem Bulako
wski teneñ, habeñ possidey, et in suos et suorum Successo-
rum vsus iure hæreditario conuerteñ. Quod ad notitiam omnium dedu-
cen. præsertim vero Magistratuum quorumuis, mandamus
vt requisiti à memorato Bartholomæo Bulakowski
Donatario nro, eidem bona prædicta omnia, et summas pecu-
niarias obcunq; repertas absq; mora et difficultate extra-
dant, extradiq; ab omnibus quorum interest faciant. Lec
gra nra. In cuius rei fidem &c. Dat. Cracouiæ die
XXV. Mensis Nouembris Anno Dñi &c. supra
Sigismundus Rex Joannes Lipski

Jus caducum post quond. Skultecki

Inuso

Gnoso Ioanni Potocki confectus.

Sigismundus M. D. G. Significamus Tenore Anitam nos, generis Nobili; tatem Lotoriorum Domus, tanto magis comendatam habere, quanto eadem Nobis et Reipub. huic promptiora obsequiorum nostrorum ferri; git argumenta. Quorum ut praeclare acta domi foris declarata uen; turâ postentati inclarescant, Gnosi gnog Joannis Lotocki Capnei nri Plumacen, tam in ætate ipsius iuuenili, nostris et Reipub. ser; uicijs addicta, quam variis in expeditionibus, contra quosuis Rei; pub. huius hostes, ac proxime etiam ingruenti, contra Sudermaniæ Ducem necessitate, non modicis sumptibus, in subsidium si res ita po; stularent, militi nro, comparatis copijs, eo nos contestata inuitant obsequi a, ot meritorum ac impensarum eius benignâ habitâ ratione, eundem priti beneficentiæ mâ Regiâ argumento insignitum, tantoma; gis ad bene de nobis merendi alacriorem redderemus. Proinde bona omnia mobilia et immobilia summasq quasuis pecuniar, tam paratas, quam aliqua ratione obligatas ubiuis et quomodolibet existen, cer; tis de causis, ad disponem nram, morte cuiusdam Stanislai Skulte; cki, devolut, eidem Gnoso Joanni Lotocki, Capneo nro Plumacen, dan et conferen esse duximus, uti quidem piritibus, damus et confer; mus perpetuo ac in æuum. Ita ut prædictus Donatarius noster supradicta bona omnia tenere, habere possidere vendere, donare

alienare, ac in suos Successorumq; suor[um] beneplacitos usus, conuerte;
re ualeat. Quod omnibus et singulis Regni nr[i] Magistratibus,
p[rae]sertim uero ijs, sub quorum, iurisdone bona p[rae]fata existunt,
ad notitiam deducimus, mandantes ijsdem, vt acquisiti à p[rae]:
fato Donatario nro, seu ipsius Mandatario, bona eadem ipsi,
sine quauis mora et difficultate, extradant, extradiñe curent.
In cuius rei fidem &c. Dat[a] Cremernicys die .XXVI Mar:
tis Nouembris Anno Dñi vt supra.
Sigismundus Rex.

Jus caducum post quendam Gadomski No
bili Joanni Draminski militi confertur.

s.u. Sigismundus M[anu] p[rop]ria Significamus p[rae]s[entibus]. Quia nos bona omnia mo
bilia et immobilia, summasq; quasuis pecuniarias, siue paratas
siue aliquâ ratione vbinis locorum obligatas certis de causis in;
re caduco post quendam Gadomski, ad fiscum nrum Re;
gium denolut[is], Nobili Joanni Draminski militi, qui sub signis
Magâ olim Stanislai Zolkiewski, Exercituum Imatis, in com;
pluribus expeditionibus bellicis, stipendia merit, dañ et conferen
esse duximus, vt quidem iure perpetuo damus et concedimus p[rae]
sentibus lris nris. Jta vt eadem bona omnia et singula Jure

adeat

adeat, adeptaq; teneat, habeat, et possideat, in ususq; suos quossuis, ac
suorum Successorum, conuertat temporibus perpetuis. Quod omnibus quo
rum interest, præsertim vero Magnatibus quibusuis, tam Castrensi
bus quam Cuiibus, notum esse volumus, Mandam, vt requisit
a præfato Donatario nro, siue ejus Mandatario, bona omnia
suprascripta, illi in realem et actualem possessionem tradant, et assignent
Lro gra nra. In cuius rei fidem &c. Dat. Siemernicys die
XXVI. Mensis Nouembris Anno Dni vt supra.
Sigismundus Rex Jac. Max. Fredro.

Aduocatia in Oppido Koualé Gnoso
Kretkowski Succamerio Brestenſi confertur.

Sigismundus M. &c. Significamus. &c. Quod initio Regnandi, in or- Ea-
nando, muneandisq; subditis nris, tenuimus institutum, vt nimi rum
eos beneficentia nra eumulemus, quos anita virtus, gentilitia deco-
ra, et singularia in nos Reipub. merita, reddunt nobis com
mendatos, ipsum hucusq; successibus edocti experimentis, constanter
retinemus. Ideo cum hæc omnia præclara comendationis specimi
na, in Egregio Andrea Kretkowski, Succamerario Brestenſi, ita
luceant, vt nihil in ipso, vel ex ortus claritudine, ad nobili
tatem, vel ex visitâ animi magnitudini ad virtutem, vel

denig ex ardenti de nobis benè merendi studio, et egregijs factionibus
ad laudem eximiam, desiderari possit, facilè eo munificæ voluntatis
nostræ fleximus assensum, vt ipsi Aduocatiam in Oppido nostro
Kowalè quam antedac longa ipsius affinium series, tot annorum
spatijs liberalitate, cum Sereni Antecessorum nrorum, tum
etiam nostra tenuit, morte Nobilis Seuerini Lętkowski, vacan-
benignè daremus et conferremus, uti quidem damus et conferimus præ-
fatis Bris mis: ita et eandem Aduocatiam, Ihnis Andreas Lęt-
kowski, Succameranius Brestens, cum omni iure, dominio vtilita-
tibus, fructibus, prouentibus, attinen et pertinen vniuersis, anti-
quitus ad eam spectan teneat, habeat, et prindeat, ad extrema vi-
tæ suæ tempora. Reimittens pro nobis et Sereni Successores no-
stris, non esse nos, Sereni Successores nros, eam ab vsu et potore
præfatæ Aduocatiæ amoturos, aut alienaturos, neq amoren ali-
enandi potestatem cuipiam potestatem facturos, sed salvum et
integrum Jus dominale, ipsi conseruaturos. Post mortem vero ipsi-
us, non prius dicta Aduocatia, ad nos disponendi nram redibit,
quam summa in literis Originalibus expressa, vel ex taxa Comitiali
orum proueniens, Successoribus ipsius integrè fuerit persoluta. Jui-
bus nris Regalibus Reipub. et Colæ Cathæ salvis manen. In
cuius rei fidem sigta Datum Premernicy die XXVIIIo Mensis
Nouembris Anno Dni vt supra.

Ca

Castellanatus Plocensis Genealogo Joanni Lowicki confectus.

Sigismundus M. Ill. Significamus Illa Nobilitatem et virtutem, Ex.

duo esse pulcherrima, eaq; præcipua ornamenta Principibus, ut eos sua gratia cumulandos, et ornandos suscipiant, qui doctrinæ veri splendoris purpureis tincti, et ornati nitescunt: quid enim nobilitate ad conciliandos Regum animos accommodatius, quid virtutis gloria, quæ est immortalitatis propagatrix, efficacius, altiores ista sui agunt radices in pectoribus eorum, quos divina dilectas restas recte factorum consors, eorundemq; remunerator suo supremo arbitratu in quibusvis Regnis et imperijs constituit, speciosa hæc symbola virorum præstantium eandem nobis imponunt necessitatem, ut virorum dignitatis, et meritorum primariam rationem habeamus. Ac inter primos, obuersatur nobis, ornandus Generosus Joannes Lowicki, Capneus noster Brestenſ, qui et generis claritudine, et virtutum excellentia, Multiumq; Laicorum gloria conspicuus, luculenta meritorum suorum erga nos et Reipub. nram præbuit documenta, Hic enim primum in Secretariorum numerum adscitus, nihil sibi prætermittendum putauit, quo fidei suæ integritatis

gnitatis, et obsequiorum promptissima studia testari potuerit; gesserit tot
annis nrâ et Reipub.ᵃ negotia sibi à nobis comissa, non minus dex:
tre quam laudabiliter, vt nihil in eo desiderarentur, quod offi
cij ipsius ratio, et susceptorum negotiorum moles postularet, quo
rum expediendorum dexteritate, tantam sibi apud omnes ſa:
bilitatem aut dignitatem conciliarit, tantum nomen et existimatio:
nem, vt cum maximis quibusvis, ijsq; grauissimis, tam suis pri:
uatis quam publicis tractandis libenter admoneret negotijs.
Hinc Nobilitatis iudicio, dignus iudicatus est, qui toties ad su:
premi Tribunalis Regni iudicia exercenda, legeretur, dignus
cuius arbitrio causas suas, maximi momenti, decidendas, sopien:
dasq; permitteret, in quibus explicandis, tantâ felicitate, pron:
titudine, ac solertiâ enituit, quanta maior vix quam cogita:
ri, aut ab vllo potuit; hinc æquissimi, ac incorrupti Iudicis lau:
dem non vulgarem est consecutus, his æquitatis prudentiæq; ar:
tibus, conciliatâ omnium constante de se opinione, etiam ad omi:
tia Regni, tùm Generalia, quàm particularia destinatus adeo
strenue, non modò Nunij, verum etiam Marschalci functionem
amplissimam, toties sustinuit, vt vtrobiq; et in vtroq; munere
optimarum partium Ciuis, Patriæ verus Cultor Catholicæ Reli:

gionis

gionis, immunitatum legumq; publicar[um] accerrimus propugnator, exsti-
terit; sic enitentem per arduа, cum bucusq; aperte spectaremus, dign-
tatis ne amplius suo fraudaretur palmario, nouâ accessione
ornandum esse censuimus. Quocirca promoto ad Castellanatum
Brestēn, ex Naklēn Gnoso Brestopsero Wysocki, Naklēn;
sem Castellanatum, vt Senatorum nrum amplissimum ordinem
viris grauissimis, prudentissimisq; refertum, habeamus, et tales
Consiliorum nrorum ministros adsibeamus, quos auitus generis
splendor, virtus eximia, et probata usu quotidiano, parta
in rebus gerendis, commendat experientia, Gnoso Joanni Lovi
cki Capneō nrō Brestēn, his omnibus ornamentis, et adminicu;
lis conspicuis, dandum et conferendi duximus; prout gurdem
damus et conferimus prātibus Bris nris; Jta vt eundem, cum
omnibus et singulis iuribus, prouentibus, eminentijs, prærogati
uis, de iure vel consuetudine ad eundem Castellanatum spectan,
et pertinen, habeat, gerat, et obtineat ad extrema vitæ suæ
tempora, vel quousq; ad maiorem per nos non fuerit promotus
dignitatem. Quod vniuersis et singulis quorum interest, præ;
sertim vero Officialibus, Dignitarijs, omnemq; Nobilitati
Palatinatus Calissien, Districtus Naklen, ad notitiam

dedimus

: deducen̄ mandamus, ut prafatum Inosum Joannem Lowicki Ca:
stellanum nrum̄ Brestēn̄, pro vero et legitimo Castellano Naklen:
si, habeant et agnoscant, de loco in urbus, prarogativis proven:
tibus, ad eundem Castellanatum pertinen̄, respondeant, respondē:
ūq; ab his quorum interest curent Dro grā nrā. In cuius rei
fidem &c. Datā Siemiernicys die XXVIIa Mensis No:
embris Anno Dñi MDXXV Regnorum nrorum Do:
lomā XXXVIIIo Sueciā XXIXo Anno
Sigismundus Rex

Conseruao in possone agri & prati Szelczyna
dicti in Villâ Nizne Synowodzko Honest.m Korzeniow.

v.g. Sigismundus &c. Significamus. &c. Quia nos ad interuentionem cor:
torum Consiliariorum nrorum nomine Honestor.m Wasili et Steckonis
filiorum Michaelis, Juani filij Wasili, Aryc filij Juani,
Juaskonis filij victorum Korzeniowie, de Villano
stra Nizne Synowodzko, apud nos factam, eodem in usu et pa:
cifica possone, lanei agri, et prati Szelczyna nuncupati, in Vil:
la prafata Nizne Synowodzko, Capneatus Stuen̄ consistēn̄,
ad vitam relinquendos, et conseruan̄ esse duximus; Vti quidem

relinquimus

relinquimus et consenamus pntibus lris nris. Jta vt eundem laneum agri memorati, Korzeniowie fratres patrueles, cum prato supra scripto Szelczyna dicto, omnibusq; comodis, utilitatibus, fructibus, attinenq;, et pertinenciis universis, antiquitus eò spectan; quilibet suo pro interesse, teneant habeant et possideant, ad extrema vitæ suæ tempora. Promittentes pro nobis et Sues Successoribus nris, non esse nos memoratos Wasilum, Steczkonem Jwanum, Aryz Jwaskonem et Wasilum fratres patrueles dictos Korzeniowie, ab vsu et possone eiusdem laici agri, et memorati prati, amoturos, aut amovendi cuipiam potestatem daturos sed salvum et integrum ius aduitale, pris conservaturos. Jta tamen, vt de jis oneribus, quæ ipsi et antecessores ipsorum præstare tenebantur, et bucusq; præstabant Capreo nio Strien nunc et pro tempore existenti, respondeant. Juribus nris Regalibus Reipub.æ et Eccl.æ Catholicæ salvis. In cuius rei fidem &c.

Dat.m Cremenicys die XXVmæ Mensis Novembris Anno Dni vt supra.

Sigismundus Rex Petrus Domislawski

Jus caducum post certos Incolas Villæ Ja; worzowy Robik Tyskowski conferetur

S. M.

Sigismundus III &c. Significamus &c. Quia nos benignam ratio-
nem habeñ seruitiorum militarium, quæ nobis Matheus Tyszkowski,
militis nri quæ nobis in complurib⁹ expeditionibus bellicis multo-
ties præstitit, et nunc sub signis Magci Bonæ de Zamoscie Za-
moyski, Palatini Kioviæ præstare non desinit, eidem bona omnia
mobilia et immobilia summasq; quasuis pecuniarias, vbinis locor⁹
in Regno et Dnijs nris existen⁹ certis de causis, iure caduco post
quosdam Nicolaum Mrzygłod, et Valentinum filium ipsius de
Villâ Jaworzow, nec non post Laurentium dict⁹ et Le-
trum ac Joannem filium ipsius, de eadem Villâ Jaworzow, ad fis⁹
nrum Regium devolut⁹, dan⁹ et conferen⁹ esse duximus; vti quidem vi-
re perpetuo damus et conferimus, licitis nris: Ita vt eadem bo-
na omnia et singula, iure adeat, adeptaq; teneat, habeat, et possideat
in vsusq; suos ac suorum Successorum, convertat temporibus perpetuis.
Quod omnibus quorum interest præsertim vero Magnatibus quibus-
vis tam castren⁹ quam civilibus, notum esse volumus mandan⁹, vt
requisiti à præfato Donatario nro, siue ipsius Mandatario
bona omnia suprascripta, illi in realem et actualem possessionem tra-
dant et assignent. In cuius rei fidem &c. Datum Cracovi-
æ die XXIX Mensis Novemb. Anno Dñi vt supra
Sigismundus Rex.

Jus caducum post quendam Severinum Ge-
neroso Paulo Wilkostowski militi confertur.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quia nos bona omnia mobilia et im- s.u.
mobilia, summasq; quasvis pecuniarias sive paratas, sive aliqua ra-
tione ubivis locorum, in Regno et Dnijs nris obligat, certis
de certis de causis iure caduco, post quendam Severinum
ductū, et filium ejusdem, Paulum de Villa Szaykowicz, ad fiscum
nrum denolut Gnoso Paulo Wilkostowski militi, qui suam mi-
litarem operam, in variijs expeditionibus bellicis, sub signis Ma-
gnifici Domini de Zamosc Zamoyski, Palatini Kiouiæ, nobis et
Regnō strenuē, ac fortiter contestatus est, dari, et conferri esse
duximus: Et tenore quidem damus et conferimus, iure perpetuo perpra-
sentes. Ita ut eadem bona omnia et singula, iure adeat, adeptaq;
teneat, habeat, et possideat, in usus q; suos quosvis, ac suorum suc-
cessorum, convertat temporibus perpetuis. Quod omnibus quorum
interest, præsertim vero Magistratibus quibusvis, tam ad præsens, quam
ad futuros, sub quorum Jurisdictione bona eadem existunt notum esse
volumus, mandamus, Ut requisiti a prafato Donatario nro, seu
ejusve mandatario, bona omnia suprascripta, illi in realem et actu-
alem possessionem tradant et assignent. Quo gratiæ nostræ.

In cuius rei fidem &c.ta Dat.m Cracouiæ die xxix Men:
sis Nouembris Anno Dñi &c.ta xxpta
Sigismundus Rex Jac. Max. Fredro.

Consensus ad eximen? certas sortes in Villa Blonie Nobili Ioanni Libicki confertur

vid. Sigismundus &c. &c.ta Significamus &c.ta Quia nos Laben? cationem
seruitiorum, Nobilis Joannis Libicki, Cancellariæ nr?æ Notarij
&c., per ipsum, ab annis decem, in Cancellaria nr?a præfitor.m eidem
certas sortes, in Villa nr?a Blonie, ad Capneatum Belmen?
spectan?, existen?, et dispon? nr?æ obnoxias, de manibus quorumuis
modernorum nullo iure possorum, seu aliorum quorumuis, ad eandem
se vis et interesse aliquod, habere prætenden?, tima iuris via, ade;
un?, et eximen?, facultatem dari, et concedi? esse duximus; Cui-
dem damus et concedimus præsentibus literis nr?s. Quas quidem
iuris ordine, adeptas, cum omnibus et singulis, in genere attinentys
et pertinen?, ad easdem sortes, ex antiquo spectan?, tenebit, habe;
bit, et possidebit ad extrema uitæ suæ tempora. Promittimus autem
pro nobis, et Sez.mis Successoribus nris, Regibus Poloniæ, non
esse nos prædictum Joannem Libicki, Donatarium nrum ab vsu

et

et postore prædictorum sortium, quamdiu in nimis extiterit amoturos aut alienaturos, neq; amoueñ aut alienañ cuiquam potestatem daturos, sed salvum et integrum ius admitale, ipsi conseruaturos quod et Sez.mi Successores nri sunt facturi, Rone cuius admitalitatis, onera debita qualia ex antiquo pendebantur, idem Donatarius nostr pendere debebit ac tenebitur. Juribus nris Regalibus Reipub.ae et Eccl.ae Catholicae salvis. In cuius rei fidem presentes Lras Dat.m Jn Czemierniki die XXX Mensis Novembris Anno Dñi Ut supra

Sigismundus Rex Petrus Domstanowski

Podkomorstwo Bracławskie Prodżonemu Cietwertyńskiemu dane

Zygmunt Sd.m Ex.a Oznaymuiemy wszem wobec, y każdemu z osobna komu to wiedzieć należy, Iż gdy nam Dygnitarze y Vrzędnicy Ziemscy, y wszytka Szlachta Rycerstwo Woie; wodztwa Bracławskiego, podług prawa y zwyczaiu tego Woiewodztwa, po śmierci między Vrodzonego Pychowna Szaszkiewicza Podkomorzego Bracławskiego, odprawiwszy Electią Podkomorzą sobie złożoną, czterech Electorow albo Kandydatow

do pomienionego Vrzędu godnych, y spotwbnych, listem wyraznym
y autenticzuym proponowali, prosząc abysmy iednemu znich
podług woli y zdania naszego, ten Vrząd conferowali.
My Vrodzonego Stepsana Czetwertynskiego, Borązego Woie
wodztwa Bracławskiego, maiąc dobrze wiadoma przystoro
zytnym Vrodzeniu, idącym z zacnych Przodkow iego, ktoż
rzy Stanu wojny męstwem, a czasu pokoiu, radą w tym
Państwie słynęli, wiarę zyczliwość dzielność, y odwagę,
ktorą nam tudzież y Rzpltej, w rozmaitych posługach
y expedycyach ofiarowali, y teraz krew swoię do tego
wniąć, ofiarowac niezaniechywa, daiąc zawsze to co ma nam
szego, wazyć dla Oyczyzny: Tudzież poredząc, ze y w sprawie po
spolitym, y w prawach Oyczystych dobrze iest biegły y ćwiczony, one
mu ten Vrząd podać, y conferować umyslilismy, iakoż tym tera
znieyszym listem naszym podaiemy y conferuiemy, daiąc aby go do o
statniego kresu zywota swego, albo do dostąpienia większego iakiego
Dignitarstwa, ze wszystkiemi prawy przynależnościami y po
tkami trzymał y zażywał. Co do wiadomości wszystkich, ktorym
to wiedzieć należy, a osobliwie Dignitarzom y Vrzędnikom y
y wszystkiego Rycerstwa Woiewodztwa Bracławskiego

przywodząc

przywodząc, roskazuiemy, aby od tego czasu, pomienionego Vrodzoni;
go Stepsana Czetwiertynskiego, za prawdziwego Łodkomorzego
Bractawskiego znali, onemu tak względem mieysca, iako y prawo
y prærogatiw, y wszytkich pożytkow, y przynależności do tego Vrzę
du zdawna, bądź wedle prawa, bądź wedle dwalebnego zwy
czaiu służącym, odpowiadali, y dosyć czynili, y od tych ktorym
tho należy, abysię tho działo starali się. Na co dla lepszey wia
ry etc. Dan w Ciemiernikach dnia Czerwszego Mieśią
ca Grudnia Roku Panskiego MDCXXV. Panowa
nia Krolestw naszych Polskiego iako wyzey

Sigismundus R. Pol. Jac. Max. Fredro.

Charastwo Braclawskie Vrodzone mu Stephanowi Chmieleckiemu dane.

Zygmunt de. Oznaymuiemy wszem wobec y kazdemu zosobna komu tho wiedzieć na. vp.
leży. Iż zyczac tego, aby ci ktorzy zodwagą zdrowia, y kosztow
swoich Oyczyznie służą y krewszą dla niey przelewaią, wonej
ozdoby swe y nagrody, za zasługi swe odnosili, zadnych nigdy nie;
zwykliśmy opuszczac okazyi do oswiadczenia tego ludzion zasłu
żonym, aby oni bądź Vrzędami ozdobieni, bądź nagrodami pobudze
ni tym więtszą chęc do służb Rzpltey brali, y drudzy przy.

Kładem iuż, do podobnych odwag, y dzielności maiąc przed oczyma nagrod
nadzieię pobudzaliśię. Zaczym dobrze wiadome maiąc zasługi Vro;
dzonego Stepsana Smieleckiego, ktore nam w rozmaitych expedi
ciach przeciwko rozmaitym nieprzyiaciołom, a osobliwie przeciwko
nieprzyiaciołom krzyża Swiętego, tak Turkom, iako y Tatarom
odważnie odprawuiących, wszytkie zawsze zmierzaiąc niebezpie;
czeństwa, y całość Rzpltey, a dostoieństwo Panow swoich zaprze;
dnieyszy cel odwag swoich maiąc, onemu na ten czas, gdzie go
tym barziey do służb Rzpltey przyięcia, Vrząd Sorzstwa
Bractawskiego, za postąpieniem Vrodzonego Stepsana Cze;
trzertinskiego, na Vrząd Podkomorstwa Bractawskiego, dać
omyśliliśmy, iakosz tym listem naszym damy, ze wszytkiemi
prawy y przynależnościami, do czego wotnie prawem do wra;
dzenia wszytkim, ktorym to wiedzieć należy przywodząc, a
osobliwie Dignitarzow, Vrzędnikow, y wszytkiego Rycerstwa Wo;
iewodztwa Bractawskiego przywodząc roskazuiemy, aby od
tego czasu pomienionego Vrodzonego Stepsana Smieleckiego, za
prawdziwego Sorzego Woiewodztwa Bractawskiego znali, one;
mu tak względem mieysca, iako y praw, y wszytkich przynale;
żności, do tego Vrzędu zdawna należącemi, odpowiadali, ydo;
bre czynili, y od tych ktorym to należy, aby się to działo
staraliśię. Na co dla lepszey wiary etc. Dan w Czemiernikach

dnia

Dnia prierwszego Mca Grudnia. Roku Panskiego MDC
XXV. Panowania iako wyzey.
Sigismundus Rex Jac. Mor Fredro.

Jus caducum post Petrum Jakubowicz Nobili Abrahamo Ciecis Zewski Militi confertur.

Sigismundus &c Offa Significamus &c. Quia nos bona ora mo vdy.
bilia et immobilia cum masq quatuor pecuniar. obligung locoz in
Regno et Dnys nris existentes certis de causis in re caduco post
quendam Petrum Jakubowicz dict Kobylski de Dctu Tinen
ad fiscum nrum Regnum devolut. Inde Abrahamo Ciecisze-
wski militi, qui suam militarem operam in compluribus expedi
trombus bellicis sub signis Inde Matthia Pesniewski Castel-
lani Bebzen, nobis et Regnb. strenue contestatus est, dan
et conferen esse duximus; uti quidem iure perpetuo damus et confe-
rimus. Jta vt eadem bona omnia et singula, iure adeat, adeptag
teneat, habeat, et possideat, in vsusq suos ac suorum Successo-
rum conuertat temporibus perpetuis. Quod omnibus quorum interest pra-
sertim vero Magistratibus quibuscuis, tam Castren quam Civili-
bus, sub quorum Jurisdone bona Dcta existunt, notum essc vo-
lumus, mandan, vt requisiti ab eodem Donatario nro, sine

· ipsius Mandatario, bona omnia suprascripta, illi in realem et actu:
alem possionem tradant. Quo grā nrā. In cuius rei fidem &c.
Datū Ciemiernicys die 1x. Mensis Decembr. Anno Domi
ni Vt supra
Sigismundus Rex Paulus Kothudzki

Pincernatus Lomzensis Jenerosi Stanislao Prodicki confertur.

v.p. Sigismundus M. &c. Significamus &c. Quod cum Jenerosi Stanislai Prodzicki, et generis uetustam Nobilitatem, et praeclaras animi ingenij dotes, et promptum de Reipub. bene merendi studium, et singularem fidem et obsequium in nos, opti me comendatum habeamus, eidem munus Pincernatus Lom: zeń, post mortem olim Jnosi Nicolai Przedzkowski, vacans dari et conferri, duximus, damusq; et conferimus pntibus hris nris, ad extrema vitae tempora, vel alicuius dignitatis maioris assecutionem. Quamobrem oribus quorum interest praesertim vero Terrae Lomzeń Dignitarijs, et officia: libus, ac Vniuersae Nobilitati denunciamus, Mandam, vt prae: fatum Jnosum Stanislaum Prodzicki, pro vero et ltimo Pin: cerna Lomzeń habeant et agnoscant, illiq; de loco et ommbus

praerogatiuis

prærogatiuis, ad Cancellariatus officium, instituto Regni per;
tinen, respondeant, et ab alijs quorum interest responderi
curent. In cuius rei fidem. &c. Dat Cremer
nicys die X^a. Mensis Decembr. Anno Dñi vt supra

Sigismundus Rex Jac. Max. Fredro

Jus Caducum post Milewskj Nobili Martino Chodupskj confertur.

Sigismundus &c. Scamus. &c. Quia nos bona omnia mobilia et Ex.
immobilia, summasq; quasuis pecuniarias, ubicunq; locorum in Regno
et Dominys nris existen, præsertim vero Villam certis de
castris pone grendam Milewski cum Pomzen, adjacen
rum devoluta, Nobili Martino Chodupski veterano militi
nro, qui suam militarem operam, in compluribus expeditionibus
bellicis, sub signis Incliti Mlocki, Rotmagistri nri, strenue
contestatus est, iure caduco, dari et conferri esse duximus, uti quidem
damus et conferimus pntibus lris nris. Ita ut eadem bona omnia
tum et summas pecuniar, sive paratas sive alias quasuis, ubivis
existen inquirat, iure adeat, et in possionem suam vindicet, teneat,
habeat, possideat, ac in suos Successores suorum quosuis beneple
citos vsus, eodem iure convertat. Quod omnibus et singulis prær

certim

Jertim Mgratibus tam Castren, quam Cidibus, atq; inprimis
Mgratui Cidili Lomzen, catenq; sub quorum Jurisdone bona
prafata existunt, notum esse volumus, mandantes, ut regnicti
i prafato Donatario nro, bona oia supradicta, quæ cxpiam
reperta fuerint, cvigore pratis Donationis nræ, illi in realem
et actualem possionem tradant, et assignent, curentq; vt sine gra
vis mora et difficultate eisdem bonis potiatur. In cuius rei fidem Sra Dat Vilnicyis die Xa Men
sis Decembris. Anno Domini vt supra
Sigismundus Rex Jac. Max Fredro

Consensus ad cedendum tribus molendinis Nobili Paulo Komorowskj militi dat.

Ex. Sigismundus M Sra Significamus Sra Consentire nos et per
mittere partibus hris nris, Inosq Paulo Komorowski, militi
nro, vt possit et valeat de omni ac integro iure suo, sibi super
Molendinum seu ipsius Jertiam Mensuram, in Oppido Knyszyn
existen, nec non super alia Molendina duo, in Villa Siechy;
wDzyzna Capneatus, eusdem, alterum Cudnik, alterum
Jelen dicta, competen, cedere, Mudq coram quibuscung Regni
nri Actis authenticis, in personam Inosi Floriani Gorayzowski

militis

militis nri, qui sub signis Magci Pomæ de Zamoscie Zamoyski, Palatini Lubucen, Knyszyneng nri Capnei, strenuam nobis et Reypub.æ nauat operam, transferre et transfundere. Jta vt post factam eam time cessionem, vigore eius pactig Consen sus nri, dicta Molendria, seu ipsorum tertas mensuras cum omnibus agris, pratis, campis, sortis, lacubus, piscinis, stagnis attinentijs et pertinen vniuersis, antiquitus ad eos spectan, Gno: Lus Florianus Boryszowski, teneat, habeat, et possideat ad extrema uitæ sua tempora. Promittimus nero pro Nobis et Sere: nissimis Successoribus nris, non esse nos Sez[mo]s Successores nros Gno: Jum Florianum Boryszowski, ab vsu et possone dictorum Molen; dinorum, seu ipsorum tertiarum Mensurarum, amotur, neminig amouen potestatem daturos, sed saluum et integrum ius admitta: le ipsi conseruatur. Ipso porro uita functo non prius Successes sui inde cedent quam summa in literis originalibus expretta vel ex taxa Comittiorum prouenies, ipsis fuerit integre persoluta. Juribus nris Regalibus Reypub.æ et Eccl.æ Catholicæ saluis. In cuius rei fidem ffa Dat[m] Cracou; nicys die X.a Mensis Decembris Anno Dni vt supra

Sigismundus Rex

Joannis Lypski

Pensio annua 24 gross prosinguhis

Septimanis, in Zuppis Wielicien Ma:
thiæ Serifabro Stabuli assignata

vp. Sigismundus M. Dra Significamus &c. Quia nos ad supplicatio:
nem certorum Consiliariorum nostror[um] pro Honesto Matthiade:
rifabro, Stabuli nri, apud nos facta, habeng rationem fideli
trorum obsequiorum, eidem pensionem annuam, in Zuppis nris Wie:
licien, post mortem Honesti Sebestiani Rotifices, eiusdem
Stabuli nri vacantem, scilicet pro qualibet septimanâ, vi
ginti quatuor grossos, monetæ Polonicalis dedimus, et con;
tulimus; vti quidem pntibus damus et conferimus, ad exte:
ma vitæ suæ tempora. Quod ad notitiam omnium
et singulorum, præsertim vero Administratorum moder;
norum Wielicien, et pro tempore existen, deduximus, man;
damusq; vt prædict[am] pensionem singulis Quartualibus
eidem Matthiæ Serifabro soluant, et numerent, solvigb
et numerari curent. In cuius rei fidem
pntes manu nra subscriptas Sigillo Regni com;
muniri iussimus. Dat[um] Cremernicijs die XI[a] Men.
sis Decembris Anno Dni MDXXV. Regno:
rum nrorum Poloniæ, X. XIX Suecia XXIII°.
Sigismundus Rex. Joannes Lyski.

Fus caducum post Szkolder et Puch: ner Incol. Lublin. Gnoso Denhoff dat.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quia nos bona omnia v.g.
mobilia et immobilia summasq; quasvis pecunias sive parat. sive
aliquâ ratione obligat, apud quascunq; personas, et ubicunq; loco:
rum existentes, post mortem cuiusdam Alberti Szkolder et Sigis:
mundi Puchner, Incolar. Lublinen, ad nos fiscumq; nrum
Regium, certis ex causis iure caduco devolut, Gnoso Ottoni
Denhoff, Capneo Adzelien, Cubiculi nri Aulico, dan. et con:
feren. esse duximus, damusq; et conferimus pntibus tris nris per
eum Successores, ipsius, teren, haben, possiden, dan donan, com:
mutan, pacifice et quiete utifruen, in usus suos beneplacitos,
et Successorum suorum convertend, perpetuo et in æuum. Quod om:
nibus et singulis quor. interest, nominatim vero Magratui
Civili Lublinen, cæterisq; quibuscuis, sub quorum Jurisdone bo:
na pfata existunt, notum esto volumus, mandam, ut requi
siti a pfato Donatario nro sine ipsius Mandatario
bona eadem omnia, sine omni mora et difficultate extradant,
curentq; ut ejsdem quam primum potiatur. Quo gra
nra Officijsq; suis alter non factur. In cuius rei fidem &c.
Dat. Cremernicijs die XII. Mensis Decemb. Anno Dni octuag.

Sigismundus Rex

Joes Lyski

Jus caducum post Stephanum Gallū Incol. Leopolien. Mi Rola militi datur

v.g. Sigismundus &c. Significamus &c. Quia nos bona omnia mobilia et immobilia jumasq; quasvis pecunias sive parat. sive aliquâ ratione, obvnis locorum obligat. certis de causis post quendam Stephanum Gallum Incolam Leopolien. jure caduca ad fiscum nrum devolut. Nobili Stanislao Rola militi, qui in compluribus expedicionibus bellicis, præsertim vero ad Cecoram, sub signis Magci Joannis Danilowicz Palatini Russiæ, stipendia meruit, et protunc in servitute Barbaricam, abductus, dan. et. conferen. esse duximus. Ot iquidem jure perpetuo damus et conferimus pntibus vris. Ita ut eadem bona omnia et singula, jure adeat, adeptaq; teneat, habeat, et possideat, ac suosq; suos, ac suorum Successorum convertat, temporibus perpetuis. Quod omnibus quor. interest præsertim vero Magratui civili Leopolien, notum esse volumus, mandam. ut requisiti à præfato Donatario nro sive ipsius Mandatario bona, ora suprascripta illi in realem et actualem possionem tradant et assignent. In cuius rei fidem &c. Dat. Premerniciis die XII. Men. Decembris Anno Dni ut supra.

Sigismundus Rex Jac. Max Fredro.

Conseruatio in possone Sextia mensure
Molendini ad Oppidum Parcow Honest.
Francisci et Boma Koquinow, datue.

Sigismundus M. Dra Significamus Dra Conseruasse nos consor;
vareq; prtibus bris nris, Honestos Franciscum et Bomam Honesti
Jacobi Zygmuntowicz Koquina, filios, in usu et pacifica pos;
sone Molendini sine eius Sertia mensura, retro Ecclesia
Sancti Leonardi, ad Oppidum Larcowien sit.; ita vt illud idem
Molendinum, seu eius Sertiam mensuram, prdict. Franci;
scus et Bomas Koquini, cum omnibus agris, pratis, sortis vti;
htatibusq; et emolumentis, attinen. et pertinen. vniuersis, ad
illud antiquitus spectan., nullis penitus exceptis, quilibet
pro sorte et interesse suo, iuxta literas Inoza alt Serna de
Pulsztin, olim Inosi Jaspari Macieiowski Castellani Lu;
blinen. consortis relictas, Tenutricis Larcowien., ipsis demp
dat. tenean., habeant, possideant, illisq; vtantur et gnan
tur ad extrema esq; vita sua tempora. Promittimusq;
pro nobis et Sex. mis Successoribus nris, non esse nos, memoratos
Franciscum et Bomam Zygmuntowicz, quam diu exierint
ab esu Molendini prdicti, seu eius Sertia mensura
omniumq; ipsius attinentiarum, amoturos, aut redempturos
amouendue, aut redimen. potestatem cuipiam daturos, sed

Jaluum iis et integrum adhuc ipsis conseruaturos. Illis ue-
ro defunctis, non prius Successores ipsorum possione eiusdem Molendi
ni seu illius Certa mensurâ, cedere debebunt, quam Summa in lite;
ris originalibus expressa, vel ex taxâ Commissariorum proueni-
ens, illis integre numerata fuerit. Jnsuper iuris Regalibus
Reipub.ae Ciclag. Stadtholcae Jalues manen. In cuius rei
fidem ipsa Dat.m Siemiricyis die XV.a Mensis Decem-
bris Anno Dni MDCXXV. Regnor.m nrorum
Poloniae XXXVIII. Sueciae XXXII. Anno
Sigismundus Rex

Secretariatus Maior post electionem
Rndi Jacobi Jadzik ad Epatum Culmen.
Venerabili Nicolao Szyszkowski confertur.

Ex. Sigismundus M.s ipsa Significamus ipsa Magna sed rara est
Principum felicitas, recturn sibig ac Reipub.ae salutarem
in mandandis publicis Honoribus, adhibere delectum. Diffici-
lis quippe est uirtutis censura, aegro in hac terrenae
rerum caligine excutiente sensu humano, iudicijq3 trutinam
virtutes ac merita ponderantis importuno praepsantium
ambitu praegrauante. Felicitatem hanc Reipub.ae huo

de quadraginta annis regnantibus obtigisse, non immento glori;
ari posumus; qui in deferendis Honoribus, ad publica stabita;
tis scopum collimantes, nunquam ab eo, censurâ iudiciq nro
defleximus. Primorum grani semper consilio, æquabili tuti;
na, matura deliberone, in personar[m] delectu incubuimus, malu;
imusq interdum salubri cunctatione, tadium vulgi expecta;
tioni adferre, quam inconsultâ celeritate, R[e]ipub[æ] incom;
modum. Verum enimuero, Dignitates publicæ, ono et benefici,
præmijq loco dantur, dignis ac benemeritis, et in exercen;
dis virtutis campum, eâ gradi[n]tis, et R[e]ipub[æ] opera, consilio
industria, iuuanda causa idoneis, quo magis adniti semper
debuimus, ne indigni benemeritor[m] præmia præripient,
virtutis campum ignaui occuparent, R[e]ipub[æ] functiones
imperiti sustinerent. Eadem cura, idem diuturnus delibe;
rationis labor, nos tenuit, in substituendâ R[e]ido Dno
Jacobo Zadzik, Cpo Culmen[si] et Lomesaniæ, ad Secreta;
riatum Regni Maiorem personâ idoneâ, qui honor,
cum velut vestibulum sit, altiorum in R[e]ipub[æ] Digni;
tatum, deligendus nobis erat, qui non minus gradu hoc,
quam ascensu, ad altiores dignus videretur. Dignus pro;
flexo visus est, Venerabilis Nicolaus Szyszkowski
Abbas Pelplinen[sis], Secretarius noster, cum propriâ ipsius

indole ac virtute, tum R.di in Chō Pris, ac Domini
Martini Szyszkowski, Gri Cracovien, Ducis Senenen, Patrui
sui Illustribus meritis, quae sunt aliorum continuis, in Aula
nra labore, comparatis praeponderarent meritis, ita nos eo
flexerunt, ut Dignitatem Sanc, praefato Venerabili Nro:
Lao Szyszkowski, potissimum deferremus, qui et domesticas Dni
Dni Patrui exempla, et recentia summae virtutis, pruden:
tiae, humanitatis, industriae vestigia a clarissimo Antecessore
relicta, ad imitandum proposita habeat: vacantem itaq;
Secretariatum Regni Maiorem, promotione dicti Dni.
Dni Jacobi Zadzik, ad Gratum Culmen, et Comesatus
fauen nobis esse duximus, ut praememorato Nobli Nro:
Lao Szyszkowski, daremus et conferremus: prout per pra-
sentes literas nras, damus et conferimus, ita ut Sanc Dgni:
tatem, cum omnibus et singulis praerogativis, ad eam de iure
et consuetudine pertinentibus, gerat, et teneat, ad extrema
usq; tempora, vel maioris alicuius Dignitatis assi:
cutionem. Quod ad notitiam omnium deducen, mandamus
ut praefatum Venerabilem Nicolaum Szyszkowski pro
vero, et legitimo Secretario Regni Maiore, habeant
et agnoscant, illiq; de loco, iuribus, ac praerogativis omnibus

respondea

respondeant, respondeńg ab ys quoz.m interest curent Leo
gza ma. Jn cuius rei fidem &c.a Dat.m Ciemiernicÿs
die XV. Mensis Decembris Anno Dñi vt supra

Sigismundus Rex Joēs Lypski

Pincernatus Palatinatus Podlachiæ

Gnosō Stopsero Brzozowski confert.

Sigismundus M. Dei grā &c.a Significamus &c.a Quod cum v.p.
Gnosi Stopseri Brzozowski, Secretarij nri antiq
nobilitate, in Regno hoc editi, præclaras virtutes, prom-
ptumq ad benè de nobis et Reipub.ā merendum studium,
ac singularem erga nos fidei et subiectionis devotionem,
commendatam habeamus, faciendum nobis esse duximus, vt
quo ýpsum, ad nra et Reýpub.ā obsequia, pari fide, et
integritate præstanda, alacriorem redderemus, aliquo mune-
re eundem condecorare mus. Vacantem itaq; morte Gnosi Jo-
annis Krzobek, Pincernatum Palatinatus Podlachiæ,
eidem Gnosō Stopsero Brzozowski, conferēn puta-
mus; prout quidem conferimus præsentibus lris nostris.
Jta vt eundem cum omnibus iuribus, prærogatiuis, ob-

uentionibus

[illegible]

uentrombus, emolumentisq; vniuersis, gerat et obtineat, ad
extrema vitæ suæ tempora, aut amplioris dignitatis alicuius
assecutionem. Quod ad omnium quorum interest, præsertim
vero Dignitariorum, Officialium, ac totius Equestris Ordi-
nis, Palatinatus Podlachiæ, notitiam deduximus, man-
dantes eidem, vt prefatum Nostrum Subdapiferatus Sano-
censis officij pro vero et primo Vicecerna Palatinatus Podla
chiæ habeant, et agnoscant, eique de loco, vicibus, et rediti-
bus vniuersis, ad id munus de iure vel consuetudine spe
ctantibus, respondeant, responderiq; ab eis quorum interest di-
ligenter curent. Quo gratiæ nostræ. In cuius rei fidem &c.
Datum Grodnicys die XVIIa Mensis Decembris
Anno Domini vt supra

Sigismundus Rex Jac. Max. Fredro

Subdapiferatus Sanocensis Ge-
neroso Samueli Kossowsky dat.

v.p. Sigismundus III. &c. Significamus &c. Quod cum Nobis Sa-
muelis Kossowski, vetustâ nobilitate conspicui promptum
ad obsequia nra studium, egregias virtutes, singularem
animi et ingenij dexteritatem optimè comendatam habeamus

eidem

eidem munus subdapiferatus Sanocen' morte Jnosi Joannis Di;
dnski vacans dandum et conferendum duximus, damusq; et
conferimus pntibus lris nris ad extremam vitæ suæ tempora
vel alicuius maioris dignitatis assecutionem. Quod omnibus
quorum interest præsertim vero Terræ Sanocen' Dignitariis,
vjs, et officialibus universisq; Nobilitati notum esse volumus
ysdemq; mandamus vt prædictum Jnosum Samuelem Kos;
sowski pro vero et timo Subdapifero Sanocen' habeant et
agnoscant, illiq; de loco, et omnibus prærogativis, ad Subda;
piferatus munus instituto Regni pertinen' respondeat
et ab alijs quorum interest responderi curent. Jn cuius rei
fidem &ca. Dat' Cremernicys die
XVII.a Mensis Decembris Anno Dni vt supra (1)

Sigismundus Rex Jac. Max. Fredro.

Jus caducum post quendam Jankowski Suburban' Lublin' Alias Podniesjinski dat.

Sigismundus M &ca. Significamus &ca Quia nos bo; vig.
na omnia mobilia et immobilia summasq; quas suis pecuniis
siue parat; siue aliquâ rone ubivis obtigat, post quendam
Joannem Jankowski, Suburbanum ciuitatis Lublinen' als

na

na Zwartku, certis de causis iure caduco ad fiscum nrum Regium, ~~iure caduco~~ devolut, Nobili Joanni Lodmier Zynski militi, qui in expeditione Moscouitica sub sigmis Magi Leonis Sapiesa Palatini Vilnen, et Exercituum Magni Dni. Pri Sui Gnalis Praefecti, optime nobis et Reipub. suam industriam probauit, eiusq; legitimis Successoribus dan et conferen esse duximus; Vti quidem iure perpetuo damus et conferimus pntibus lris nris. Jtaut eadem bona omnia et singula, iure adeat, adeptaq; teneat, habeat et possideat, in Suosq; Suos ac suorum Successorum conuertat, temporibus perpetuis. Quod omnibus quorum interest, praesertim uero Magratui Cui; h Lublinen, notum esse volumus, mandantes vt requisiti a praefato Donatario nro seu ejus Mandatario, bona ora supraspta, illi in realem et actualem possionem tradant et assignent. Quo gra nra. Jn cuius rei fidem Sigla Dat Cracouiae die XVII Mensis Decembris Anno Domini vt supra

Sigismundus Rex Jac. Max. Fredro.

Consensus Excellenti Joanni Dzie: rzęga medicinae Doctori ad exmen. Ad:

nostram

uocam in Suburbio Oppidi Kolno.

Sigismundus M. Rex Scanus Rex Consentire nos consentireq; Ex.
pntibus Bris nris Excellenti Joanni Dzierzęga, Medicinæ
Doctori, cuius in arte nâ peritiam, et singularem prudenti;
am, optimè commendatam habemus, et potiri et gaudere Ad;
uocatiam seu Scultetiam, in Suburbio Oppidi Kolno, existen;
morte Nobilis Joannis Kunelski, ad dispositionem nram de;
uolut, de manibus modernorum, tanquam nullo iure possessi;
forum, certis pecuniarum Summis redimere, seu alia grauis
ueris uia, in possessionem Suam vindicare. Quam quidem
Aduocatiam, seu Scultetiam, modo præmisso exempta,
præfatus Joannes Dzierzęga, cum omnibus agris, pratis,
campis, Sortis, lacubus, piscinis, stagnis, attineñ et pertineñ
uniuersis, antiquitus eo spectañ, tenebit, habebit, et possi;
debit, ad extrema uitæ suæ tempora. Promittim pro nis;
bis, et Serenissimis Successoribus nris, non esse nos, eundem Me;
dicinæ Doctorem, ab usu et possessione præfatæ Aduocatiæ
amoturos, aut amoueñ cuipiam potestatem daturos, sed
saluum et integrum uis aduitale, ipsi conseruaturos.
Post mortem uero ipsius, non prius eadem Aduoca;
tia, seu Scultetia, ad dispositionem nram redibit, quam

Summa ibidem hinc inscripta vel ex taxa Commissario-
rum proueniens, Succombus ipsius persoluta fuerint.
Junibus nris Regalibus Regnb.ae et Catholicae
Catholicae Salutis manen. In cuius rei fidem ffa Dat.
Cremenicy die XVIIIa Mensis Decembris Anno
Domini vt supra.

Consensus Inosi Dunin Ruszkowski ad emen Aduocat in Villa Krzysieki.

vlg. Sigismundus III. ffa Significamus ffa Quia nos Sabentes ratio;
rem mihtarium meritorum, Inosi Hieronymi Dunin Ru;
szkowski, militis nri, qui in variis Expeditionibus bellicis
praesertim vero, ita Inati, contra Turcar.m Imperatorem
Suscepta, sub signis Inosi Michaelis Comitis a Tarnow, rur;
sus autem, sub incursionem Tattarum, sub signis Inosi Joachimi
Lacki, Notmagistrorum nrorum stipendia mihtaria merit,
eidem Aduocatiam, seu Scultetiam, in Villa nra Krzy;
sieki, in Palatinatu Cracouien, et Dctu Brecen consi;
sten, de manibus quorumuis modernorum nullo iure potto;
rum, debita uris ora exmen, et eliberandi facultatem

Jandam

dandam et concedẽ esse duximus: Vti quidem damus et conc
dimus. Quam quidem Aduocatiam seu Scultetiam, modo
præmitto exemptam, cum omnibus et singulis attinẽ, et
pertinẽ, finibus, et vtilitatibus vniuersis, antiquitus
indemnes reddere, per omnes Prescriptores Tres, prout
ad quamlibet personam Terris presentis pertinet,
Dq sub dennis Terribus, simpliciter ab Juramento
corporali, ad simplicem verbi assertionem, taxad et edicen
in casu alicuius impedimenti, ad lucr succumben. Pro
quibus qdm̃ damnis Terrestribus quoties memoratus
Nobis Adamus Wibrzbigod pro suis posteri ad
instan

instantiam Instigatoris ari, et Serenissimum Successorum
rorum ad quos Duis Ossa et Judæ Regni Citatus fuerit in
pmo Citationis termino quam perentorio, stare juri
parere, et directe respondere teneb'tur. Primum ipm ter:
minum perentorium, quoad eum de consequentes, nullis
dilationibus, Inhibitionibus, Citationibus, protestationibus, emanò:
nibus notionibus appellationibus, et earum prosequutionibus
Sententijs earis, nullis legalibus et illegalibus impedimentis
differendo, aut quovis colore et arte subterfugiendo,
verum pleni intuitu, eidem obtemperare, nullatenus
defectus, eidem objicere, et eam poenitentiam obli:
gan, et prestando. Hac tua personali peregritione ad
premissa mediante. Quam nos eram et gratam
habentes ad acta presentia suscipi et lex eius
aut Sentiæ extradi mandauimus. In cuius rei fi:
dem Sigillum Regni presentibus est appensum.
Actum et Datum Varsauiæ Sabbato post Festu
Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ proximo.
Anno Dñi MDCXXVI. Regnor nr XIIIo
Relo Rmi in Chro
Pris Dñi Stanislai Lubinski Epi

Resignatio Donatoria sortium in vil-
la Stużewo consistent per N. Gregorium
Zawisza Kamieński Sacra Re Mtis
Recognita.

2. Regis mundus ꝯ Significamus ꝯ Comparens per-
sonaliter coram Actis Cancellarie nre minoris Ro-
bilis Gregorius Zawisza Kamienscky Noblis olim
Joannis filius, sanus mente et corpore exns à cer-
tis Salibus, Debilus, Coro, iure, ordine, ꝯ sua quauis
propria et competen recedes, hac alias nra benevole
assumpta, palam, libere expressis, protestatur, quo-
bis? Quia ipse sortes suas hereditarias, alis ora
bona sua, paterna et maierna ipm quouis iure et
titulo contingen in hereditate Villa Stużew, cum
omni eorundem bonorum iure, dominio et proprie-
tate, omnibusq; pratis, areis, edificiis, agris pra-
tis, campis, rybnis, lacubus, fluuiis, pisce-
nis, stagnis, piscationibus, pascuis, cmeteriis,
hortalaniis, inquilinis, coronacionibus debitis

et

et Lierum laboribus, absq; quibusuis emolumentis, et ob
heatibas, vta vt generalitas specialitati, et specialitas
generalitati in enumerone premissorum sibi nullo modo de
rogare queant, et prout suprascriptorum bonorum seu
sortium suarum, ambitus et circumferentia se extendit
mets, excendit et limitibus protenditur, et prout eadem
bona ipsemet cerognoscens tenuit habuit et possedit,
eam exnunc nobis et Ser^mis Successoribus nris, modo iure
perpetuo et irrevocabilis donationis titulo, dat donat,
insendit, confert, et cesignat, prout presentibus dedit,
donauit, inscripsit, contulit, et cesignauit, perpetuo et
eaternis temporibus, per nos et Ser^nos Successores nros
tenen habend, dan, donan, venden, commutanda
obligandq; alienanda, et nre voluntati beneplacitum, dispo
nendi. Itemq; exnunc memoratus cerognoscens, nobis
et Ser^mis Successoribus nris, in predicta bona intromittis
nem realem, cum actuali et pacifica possone per Mrem
Regni Inlem, et duos Nobiles officiose acceptandq,
libere dat et admittit. Debebitq; et tenebitur, prout se
et suos successores, de bonis suis omnibus nobilibus
et innobus, summisq; quibusuis pecun, inscribit, et

obligat, nos et Sros Successores nros. ex persona suprastan
tium sortium, bonorum suorum, ab omnibus personis
propriquis et remotis, cuiuscunq status sexus et conditio
nis existed, nec non ab universis proventibus et postu
ris, actionibus concertationibus, lucris, pensionis
processibus quibusuis, iudiciarijs in quorum supranomo
natis bonis, perductis et perducen, ortis eorum bo
norum, damnis, debitis quibuslibet oneribus, imposterum
quauis iuridica ratione defendere, euincere et celebare
indemnem ipsum et successores ipsius indemnes reddere
per omnes prescriptiones Iures, prout ad quamlibet per
sonam Iuris presentis pertinet, ipsa tum damnis Inde
subsistendi, ipsa quamcito certificata, ad singulam verbi
assertionem, taxam et edicem ipsa causa alicuius impedimenti
ad soluendum succumben. Pro quibus predem damnis
Iuribus quoties memoratus Gregorius Zamiska Ca:
minski et eius posteri ad instam Instigationis nri et Le
gitimum Successorum nrorum, ad quodvis Iudicium Regni citatus fuerit in primo citationis termino tan
quam peremptorio stare nri parere et directe respon
de teneatur. Primum ipsum terminum peremptorium

absq; exinde consequentes, nullis diffugijs, exceptionibus, dilationibus, protestationibus, evasionibus, motionibus appellationibus et earum prosequutionibus fatalijs nullisq; legalibus et illegalibus impedimentis diffugiendo, aut quouis colore et arte subterfugiendo, verum presenti inscriptioni, in omnibus satisfacere, nullosq; defectus eidem obijcere se et suam potentiam obligando et onerando. Hac sua personali cerogatione de premissa mediante. Quam nos ratam et gratam habentes ad Acta presentia suscipi et ex eisdem extradi mandauimus. In cuius rei fidem Sigillum Regni presentibus est appressum. Actum et Datum Sandomiriæ Sabbato post Festum Natiuitatis Sancti Joannis Baptistæ proximo Anno Domini M D CXXVI. Regnor[um] nostrorum Polonie XXXIX Suecie vero XXXIII.

Relo Rnd in Xpo
Pr Dni Stanislai Lubin
sky Epi Luceor[um] Regni
Polon Vice Cancellarij

Approbativ Contractus Gnōsi Adriani Golyńiski cū Mathia Białobłocki mutuo conscripti.

Sigismundus &c. Significamus &c. Coram Comparentes
v.p. personaliter coram Acts Cancellaria nra Nobis Dilectus
noster Adrianus Golynsky Capitaneus Zakroczy
mensis ex una, et Nobis Nobilis Białobłocky ple
nipotens famulus Magnifici Nobilis Woyder
Palatini Culmen, ipse quidem pradictus Noster Capita
neus per se profatus vero Nobilis Białobłocky memorati
Domini sui nomine, a suo pro habilitate parem, in forma
juris cauet, et se, de bonis suis omnibus inscribit ex altera
partibus, sanè mente et corpore exules, a terris, Dominibus Pala
tinatibus, foro vire ministeriis sua quauis propria et compe
tenti carendo, hinc autem mi, quod actum praesentem esse:
etat, se se, cum Successoribus ac bonis suis omnibus, in corpo:
rando et subjiciendo, pacta libere expressis verbis:
que verbis. Quia ipsi interuisata seu contractum cer
tum inter se core attenda bonorum Białobłocka consensu
et manibus suis propriis subscribtum et sigillis communitè

de Actum et data Varsauiæ, die Decima post festi Sanctæ Margaretæ Virginis et Martyris consuetum, in omnibus eiusdem interuentis punctis clausulis conditionibus et ligamentis approbat confirmat et ratificat, eidem tam in toto, quam in quauis minima parte satisfacere, se se cum Successoribus suis, de bonis suis omnibus summas quibuscunq; peccun inscribunt et obligant, sub gradu mille florenorum polonic monetæ et numeri in Regno currentis in casu contrauentionis inscriptione præsenti, ad soluendum succumben. Pro quo citt exns. pars ona per alteram, in defectu satisfactionis exinde secutæ supascripto mediante, coram Dño Castrensi Varsauien seu Lakroczymen, perehstorie respondere tenebitur. Primum terminum et alios oes dilationibus, gratiis omnibus, euasionibus, appellationibus motionibus, et earum prosequutionibus impedimentis legalibus, et alijs quibuscunq; beneficijs et defensis non differen, imò eisdem omnibus renunciando, verum inscriptione præsenti, et contra chei prefato in omnibus satisfacere, se et suam posteritatem obligando, et onerando. Pro sua personali recognitione ad

premissa mediante. Quam nos ratam et gratam ha-
bentes ad Acta presentia suscipi, et ex eisdm
extradi mandamus. In cuius rei fidem. Ego
Actum et Datm Varsauie Feria Tertia post
Festum Sancte Margarete Virginis et
Martyris proxima Anno Dni MDC
xxvi. Regnorum nrorum Polonie &c.

Relo vt supra.

Ccssio G. Maximiliani Przerembski Ca-
stellani Swadien Referend. R. mis in cer-
tas sortes villæ Malnowska sibi seruientis
Nli Alexandro Grzymata.

Sigismundus &c. Significamus &c. Comparens
personaliter coram Aula Maiestate nra minoris Fi-
delis nr̃os Maximilianus Przerembsky Castellanus
Swadien. Referendarius Regni et Aule
Sermae Reginalis Mtis Dnæ Coniugis nræ Sar-
Prefectus, Moscicen. noster Capitaneus sanus men
te et corpore exns a certis Decretis Palatinatibus
sors iure iurisdictionis sua quauis propria et competen

vide

cereden

ceredendo, huic autem nrō, quod actum presentem sōle
ctat, sese cum succoribus bonis suis omnibus totali
ter et plenariè incorporan, et subjiciendo, palam liberè
expressis verbis.. Quid ipse intuendo
tiens Consensus nr, ad faciendam inscriptionem Cessio
nem, eidem à nobis benignè concessi, de omni et integro
rare suo admentalitio, tribi super quatuor colonis in duo
bus lineis, vet Lenkonis / z Kleszczem, in medio
lacus, Hawryło z Arcymem Tutkowym, in alcero Pau
lum Prokolowicz, z Podakiem in tertio Didus Sroni:
zgt in quarto, dimidio lacu, residentes, in Bolla Mal
nowska, Capites Moscicen sitis, tum et cum quarta par
te lacri deserti, Andrea Onuskowicz, nuncupat, sibi
servien, iam exnunc Nobili Alexandro Krzymata,
cum omnibus, ad dictos lacus et colonos spectan, attinen,
et pertinen, fructibus et emolumentis quibuscunq, multis
penitus exceptis, nec prose, aut quopiam reservatis, ce
dit et condescendit, hoc idem nr suum, in personam
ipsius transfert, et transfundit plenariè. Ac sua
personali recognitione ad premissa mediante. Quam
nos datam et gratam habentes ad Acta presentia
suscepi et eosdem aut sentiè extradi mandavimus.

In cuius rei fidem Sigillum Regni presentibus
est appressum. Actum et Datum Varsauie feria
sexta ante Festum Sancti Jacobi Apostoli proxima
Anno Dñi M DC XXVI° Regnorum
Relo ut supra.

Recognitio dotis Gnōsæ Annæ à Thi
senhausen consorti N. Petri Grothowski
per eundem facta.

s.u. Sigismundus &c Significamus &c Comparens
personaliter coram Actis Cancellariæ nrē minoris Lō:
bilis Petrus Grotkowsky de Terra Lancicien filius
olim Nobilis Marci Grotkowsky, sanus mente et cor:
pore exns, à terris, Debitis, Palatinatibus, Foreque viē:
visdong sua quauis propria et competen gerēden, huic autem
nostrō, quoad actum presentem spectat, se se cum successoribus ac
bonis suis omnibus incorporan, et subjiciendo, palam, libere
expressiq recognouit verbis. Quia ipse Grotk Anna
à Tyserausen Federosi Joannis Capitanei Cracō fi
lia, olim Grotk Simonis Petri Bzdkowsky, prime ma:
trimonij felicta vidua, ad presens vero Consorti sua
legitima, in et super tota et integra medietate omnium
et

singulorum bonorum suorum, hereditariorum et obligatorium
mobilium et immobilium paternorum et maternorum summarum
pecuniarum omnium, habitas et habend, acquisitarum et acquir:
rendarum, in totalibus vero curijs, areis, edificijs in quibus
residet, et in posterum eum residere contigerit, auro, argento,
clenodijs, margaretis, monilibus vestibus, vestimentis
pecoribus pecudibus equorea ac suppellectili domestica
habita et habend, tam vero dotis post eam receptam, tam
in parata pecunia quam in auro, argento, clenodijs sum
mam quatuor millium florenorum polonical, moneta et nu:
meri in Regno currentis, tum et alia summa quatuor
millium florenor[um] polonic, tam dotalicij, dotem cum supra
addotalitio concernendo, in vnam summam, octo millium
florenor[um] polonic, moneta et numeri in Regno currentis
inscribit, et formal asseruat, dotalicial, prout praesenti
bus inscribit, et formauit, asseruauit et dotalicia uit,
per eadem Rosam Annam Grotowska, Consortem
suam eadem bona, et summas quasuis reformationi sad
subiecit, cum omni iure, dominio et proprietate, omnibus
eorundem bonorum fructibus, prouentibus, vtilitatibus
attinentijs et pertinentijs vniuersis nihil prorsus ex
cipiendo, tenend habend possidend pacifice et quiete

obtinenda more aliarum reformationum in Regno
fieri solitarum. Quam ipsius recognitionem, nos gratam
et gratam habentes, ad Acta presentia suscipi, et ex
eisdm cum sententiâ extradi mandauimus. In cuius rei
Fidem &ra Actum et Datm Varsauiæ Sabba
to post Festum Transfigurationis Dñi proximo
Anno Dñi MDxxvi° Regnorum nrorum
Poloniæ xxxix Sueciæ xxxiii Anno.

Ad mandm
Clo eiusd ut supra.

Plenipotens Iacobus Brzesiński per D.
Petrum Gembicki Regentē Cancella-
riæ Regni ordinatus.

Sigismundus &c Significamus &c Comparens personaliter
vtp. coram Actis Cancellariæ nrē Minoris Vrbis
Petrus Gembicky Decanus Cracouien Custos Gnesnen
Secretarius noster Regens Cancellariæ Regni
Maioris sanus mente et corpore exens, à certis Actibus
Palatinatibus foro suæ iurisdictionis sua quamis propria
et competen facere hucusque nrē quoad actum præsem

Spectat

spectat se se cum Successoribus ac bonis suis omnibus exor-
sporando et subjiciendo pa[ra]m libere expressis renogno
uit verbis. Quia ipse ei suum verum et legitimu
plenipotentem Nobilem Jacobum Brzezinsky constit:
uit et ordinat. Dans et concedens ei plenam et omni
modam facultatem causas suas cone decimarii ad De
canthen Racoviem pertinen coram quovis Off et Judi
Regni etm Tribunalitio cum quibuscunq personis
inchoandi instituendi promoven defenden de eisdm
quietandi et ad debitum finem et executionem eas dedu
cendi, omniaq ven et ig tmi. Plenipotentis muni etm
quae hic expressa non sunt agendi et exercendi et alii
ei locum Suum Plenipotentem substituendi et iterum
eandem revocandi. Promittens et in verbis se cum Suc
cessoribus de bonis suis omnibus id totum quidquid
per eundem actum et constitutum fuerit pro grato et
grato suscepturum, non secus ac si ipsemet ea ageret
agereq; posset. Hac sua personali renunciatione ad
premissa mediante. Quas nos catam et grabam ha
beries ad Acta praesentia suscribi et ex eisdm
extradi mandavimus. In cuius rei fidem Sigillum

Regni nri presentibus est appressum. Actum et
Dat.m Slovanij Sabbato ante Festum Sancti
Bartholomei Apostoli proxime Anno Dñi M
D Cxxxvi° Regnor.q nr.or Slo vt supra.

C Cßio iuris Nob. Ioannis Waxman iuris
ad Aduocatiam in villa S.R.M. Klay
Seruient in personam Stamislai filij sui fact.

vlg. Sigismundus &c. Significamus tc Comparens per
sonaliter coram Aule Cancellarie nre Ministris, No
bilis Joannes Waxman Seruitor noster, sanus mente
et corpore exns, à terris Dcibus Palatinalibus, foro iure
iurisdictionej sua quauis propria et competen, cerebendo
haut ambe nra, quoad actum presentem spectat, sese cum
Successoribus, ac bonis suis omnibus incorporando pa:
lam publice Liber expressisq recognouit vobis. Quia
ipse vigore consensus nri sibi à nobis benigne dati de
omni et integro iure suo aduocalicio sibi super Aduoca
tia seu Scultetia in villa nra Klay, in Castro
Rzepotnicen sitt, nec non de taberna cerbisi agra

in ca villa existen, ad eandem Advocatiam serviens, de omnibus ej⁹ eius Advocatie Tabernis et agri attinen tijs et pertinentijs, commodis ej⁹ et emolumentis omnibus, Nobili Stanislao Waxman, filio suo, cedit et condescen dit, omnes ij⁹ suis suum, ad eand⁹ Advocatiam sibi serviens, nihil prorsus, suisq⁹ successoribus reservando, in personam ejus transfert, et transfundit plenarie. Hac sua personali recognitione ad premissa mediante. Quam nos gratam et gratam habentes ad Acta presentis suscipi et de eisd⁹ aut Sentie extradi mandauimus. In cuius rei fidem &c. Actum et Dat⁹ Torun nij Sabbatho ante Festum Sancti Bartholo mei Apli proximo Anno Dni M D Coxx vi° Regnor⁹ nr⁹ &c. Rto ut supra.

Q. Vrietatis Famati Thome Laguna Civis Bydgostien per N. Thomam Petrū Bielecki recognita.

Sigismundus &c. Significamus &c. Comparens per sonaliter coram Actis Cancellarie nre nobis Nobilis

vp.

Thomas Petrus Bielecky, Canella nrâ Notarius ad
nus mente et corpore exns, à terris, Districtibus, Palatijs
foro, uire iurisdict sua quauis propria et competen cieden
huic autem mtâ, quo ad actum presentem spectat se sē
cum Successoribus ac bonis suis omnibus incorporan et
subijciendo, palam, liberè, expressis verbis renogauit
Cuiâ ipse Famatum Dnum Laguna, cuem Bidgo
stien, de omnibus processibus iuris coram nobis et Judi
nro Cone Juris caduci, seu dononis, bonorum oium mobi:
lium et immobilium, post mortem famati olim Leonardi
alis Lenard Iglarz, incole Badgostien, ad disponem
Regiæ Mtis devoluti, et â Sâi Reg Mte
Mati, super prefato Dnō Laguna ghis omnibus
uis et interesse aliquod, ad cad bona morte cuius Dn Iglarz
derelicta se here pretenden, quouis modo et vidieris
obten quierat, remittit, iusq omne suum jus acta ab eo sut:
ficienti satisfactione, in personam cuius Dni Laguna
transfudit, perpetuo et in duum, nihil pro se et Suces
soribus suis reseruando, ratione vero impedimentorum
quorumuis ad se Cone Juris caduci istius spectan, cum
nobis et Judice nro tueri et euincere, se cum Successoribus

suis

suis submitten, et in bonis suis inscriben. Hac sed personali recognitione ad premissa mediante. Quam nos gratam et gratam habentes ad Acta presentia suscipi et exeisdem aut Sentiè extradi mandauimus. Cuius rei Fidem præs Sigillo Regni consigna ta sunt. Actum et Datum Torunij Sabbato ante Festum Sancti Bartholomei proxime. Anno Dñi M D CXXVI° Regnor.m nr.orum

Rel.o ut supra.

Inscriptio Plenipotentiæ N. Ioanni Zeoart per G. Chrophorum Komiecpolski fact.

Sigismundus &c. Significamus &c. Comparens personaliter coram Actis Cancellarie nre Regnor. Nros Christophorus Komiecpolski Capitaneus Stryensis Intimus Camerar. nr. Auli: cus sanus mente et corpore exns, a terris Districtibus Palatinatibus foro iure iurisdictionej sua quauis propria et competen recedendo, huic autem nre quoad actum presentem spectat se cum successoribus ac bonis suis omnibus totaliter et plenarie incorporando pala

vp.

liberè expressis recognouit verbis. Quia esse in suum
verum et legitimum plenipotentem Hobilem Joannem
Legart Dominum et singulas causas suas coram quouis
Judicio et Officio Regni etiam Tribunalitio tum qui
buscunq personis et ratione quavumcunq rerum in
rerebem et in quocunq pleneta et gradu iuris dependen
constituit et ordinat. Dans et concedens eidem plenam
et omnimodam facultatem causas eas dem omnes promo
vendi defendendi, et ad debitam exequution deducendi
alium in locum suum plenipotentem substituendi et ite:
cum eandem revocandi, et alia omnia boni et legitimi
Plenipotentis munia etiam quæ hic expressa non sunt age
di et exercendi. Promittens et inscribens se de bonis
suis omnibus suis cum Successoribus ad totum quidquid
per eum plenipotentem actum et constitutum fuerit pro
rato et grato susceptorum non aliter ac si ipsemet ea
agere et agerè posset. Hac sua personali recognitione
ad premissa mediante. Quam nos ratam et gratam
habentes ad acta præsentia suscipi et ex eisdem extra
di mandauimus. In cuius rei fidem præsentes sigillo
Regni consignata sunt. Actum et Datum

Torunij Feria Sexta post Festum Sancti Alegi
dij Abbatis proxima Anno Dñi M D Lxxx
Vo. Regnorum nrorum Poloniæ

Rélo vt supra.

Inscriptio Plenipotentiae per G. Christopherum Koniec-polski facta.

Sigismundus &c. Significamus &c. Comparens vp.
personaliter coram Actis Cancellariæ nræ Minoris
Prosnis Christophorus Koniecpolsky Capitaneus Leo-
ensis Intimus Camerarius nr. Familiaris sanus mente et
corpore exns à nemine Dctus Palsus sponte iurisdict
sua quauis propria et competen recedens huic autem nr.
quoad achem presentem spectat esse cum Successoribus
ac bonis suis omnibus totaliter eo pleniùs incorporando et
subijciendo palam libere expresse verbis
Quia ipse Plenipotentiam suam Nobili Alberto Do
maratky ad causas et actiones suas promouendas da-
tam revocat, eandem in omnibus punctis cassat annihilat
et mortificat hac sua personali recognitione ad pre
missa mediante. Quam nos gratam et gratam habentes

ad Acta præsentia suscipi et ex eisdem extradi man-
damus. In cuius rei Fidem Sigillum Regni pra-
sentibus est appressum. Actum et Datum Torunij
Feria Sexta post Festum Sancti Egidij Abba-
tis proxima Anno Dñi. M D Lxxxvi. Regni
gnor[um] nostror[um] Poloniæ &c. Relo ut supra.

Geßio iur Gnosi Sebestiani Glębocki sup bon
Makißyn Kmiechinino & Siedmo dict seruien
m tractu Czernikowien sit Gnoso Samueli Pac
fact.

v.R. Zygmunt Przez Boſą Oznaymuiemy Iż sta
nąwßy przed Actami Cancellaryey naszey mniey-
szey Prodszony Sebestian Głębocky zdrowy na ciele y
umyśle będąc, odstąpiwszy od prawa y iurisdityey sobie
należney, a bey naszey do tego celso actu z sukcessora
mi, y Potomkami swemi, podawszy się iawnie y dobrowolnie
zeznał Iż on Prodszonemu Samuelowi Pacowi, Horaz-
mu Wielkiego Xięstwa Litewskiego, za Consensem
naszym, Exstaski naszey sobie Danym wszytkiego
prawa swego lennego sobie na pewne Dereśnie, w Pie-
rzie Czernikowskim, Makiszyn Kmiechinino y Siedmo
wo rzeczonych, które Synowie Boraiscy przed tym

trzymali, od nas sobie Danym, ze wszystkiemi do nich
przynależnościami y pożytkami, według prawa ich
Danych Ustępuie, y prawo swoie Dzienne, nasze Derewnie
wtwyż mianowane, na niego rolewd, nic tam prawa
Sobie, y Successorom swoim niezostawuiąc, tym obec
nym Przeznaniem. Co my za wdzięczne przyięli:
szy, do Aco Confirmacyi naszey przyięc, y zniey
szey wiary, nieczek nasze przyłożyć kazalismy. Ktoby dla tey
szey wiary, nieczek nasze przyłożyć kazalismy. Działo się w Toruniu we Srzodę po swię
cie Swiętego Jędrzeia Apostola naiblizszą Roku
Pańskiego Tysiąc Sześć Set Set Dwudziestego Szóste
go Panowania Krolestw naszych Polskiego
Trzydziestego Dziewiątego Szwedzkiego Trzy
dziestego Trzeciego Roku.

Za Sprawą Wielebnego w Bo
gu X. Stanisława Lubin
skiego Biskupa Luckiego
Dworzanina Koronnego.

Submissio G. Nicolai Siemiański de contractu inter se & Gnosum Sebestianū Necz fact tenendo.

s.m.

Sigismundus rex Significamus rex Comparens
personaliter coram Actis Cancellarie nostre
minoris, Egregius Nicolaus de Drahon Sienawsky,
Iudex Regni Ruthenensis nostri Capitaneus, sa
nus mente et corpore exns, à vernis Deibus Patribus
Foro, urè iurisdictionis sua quatus propria et competen
ceredem, luci autem nrè quod ad actum presentem spectat
se, cum bonis suis, in corporalem et subjectam patam libere
et per expressum recognouit. Cuia ipse de bonis
suis generaliter omnibus ubicunis in Regno existen
tum et de summis pecuniarijs quibuscunis habitis et ha
bendis, se se cum Successoribus suis, Generoso Nicz
et illius Successoribus, insenibit et obligat recognitionem
certam, oriunde certarum rerum, de Actu et Data Prge
sima Sexta Nouembris, Anni presentis, hic Leopuli
conscriptam, manuq sua propria subscriptam, predicto Ge
nerozo Sebastiano Nicoz, seruien, et ad manus ipsius
traditam, in omnibus illius punctis clausulis et condonibus
tenorum, et satisfaciendum, nec ulla ratione in contrarium
cum, sub voto quinq milium florenor pecunia et nu
mer Polonical in casu contrauentionis recognitionis me
morate, ad soluendum succumbendo. In quo fitus

exns suprascriptus Dnus Incusor Regni, vel sui
Succores, ad instam dicti Dñi Petri extunc revelsu
suspso mediante, coram Dño seu Judo Castren Posnan
peremptorie respondere teneb[itur]. Primum terminum
et dies omnes dilationibus gnis omnibus, cuasionibus,
appellationibus motionibus et earum prosequonibus,
impedimentis legalibus, et alijs quibuscunq[ue] bene
ficijs et defensis, non diferendo, imo eisd[em] omnibus
renunciando, per viam inscriptionis pñti, et recognitioni
pre fata, in omnibus satisfacere, se et suam posteritatem
tem obligando et onerando. Hac sua personali
recognitione ad premissa mediante. Quam nos ratam
et gratam habentes, ad acta pñtia suscripsi[mus] et
ex eisd[em] extradi mandauimus. In cuius rei fi-
dem pres Sigillo Regni communiri iussimus. Actu
et Dat[um] Torunij Feria quarta post Festum
Sanct[i] Andree Apostoli proxima Anno Domini
M D xxxvi° Regnor[um] nrorum Polonie &
Reto vt supra.

Ordinatio Plenipotentum per NN.
Ioannem & Adamum Strogonowski
facta

vp. Sigismundus &c Significamus &c Quia Comparentes personaliter coram acts Cancellaria Nrâ nobilis Joannes et Adamus Sienyenowscy olim Nobilis Stanislai Sienyenowsky fratres Sui legitimi Successores sane memorati et coram nobis exules à terris Palatûs Posnaniensis sua quamuis propria et competentes jure ereden hinc autem nra quoad actum presentem spectat resedem Successoribus et bonis suis omnibus incorporan et subjiciendo palam libere expresseq recognouerunt per his. Quia dicti in nros rectos et legitimos Plenipotentes Nobiles Swigoslaum Mielzkowsky et Adamum Swiniarsky constituunt et ordinât. Dantes eisdem plenam et omnimodam facultatem causam suam cum Nobili Joanne Zuchy cratione multarum rerum post mortem dicti fratris sui per eum recessarum et vigore recognitionis seu submissionis sud et Decreti ea in causa in Castris lati non restitutarum intercedentem promouendi continuandi defendendi, et ad debitum finem deducendi sententias pro parte sua latas accestandi ab onerosis pero et quouis grauamine appellandi alios in locum suum plenipotentes substituendi et iterum eosdem revocandi. Promittens et inscribens se de bonis suis omnibus id totum quid quid per eos Plenipotentes actum fuerit

fecit pro rato et grato susceperum, non secus ac si ipsemet
ea ageret agereq; posset. Hac sua personali recognitione
ad premissa mediante. Quam nos ratam et gratam habentes
ad Acta Cancellarie suscipi et ex eisdem extradi man:
damus. In cuius rei fidem &c Actum et Datum
Torun Feria Sexta post Festum Sancti Andree
Apostoli proxima Anno Dni M D C xxvi
Regnorum &c

Relo vt supra.

Quietatio Mathiæ Stanislai Zi-
mnicki per Nobilem Paulum
Szczuecki facta.

Sigismundus &c Significamus &c Comparens perso- vp.
naliter coram Actis Cancellarie nre minoris Nobilis Paulus
Szczuecki, olim Nobilis Stanislai filius, de Sulkowo magna
Palatus Plocen, sanus mente et corpore exns, ac veris Palatus
foro, vire, virtuteq; sua quavis plenia et competen gaudens
huic autem nre, quod ad eum presentem spectat, se secum Suc-
cessus, ac bonis suis oibus, incorporan, palam libere expresseq;
recognouit verbis. Quia ipse Nobilis Matthias Stanislaum
Zimnicky nominem Zimnicky, olim Nobilis Stanislai filium
de Ruszkowa Wola Palatinatus Rauensis

Le protestatione contra ipsum cond cinuasionis bonorum
Lolkow, eorumq; depredatcoñis, nec non de processu ad eam
dem protestatiom instituto, ac ipsa pena infamie, nem et
de alijs causis, omnibusq; tàm criminalibus, quàm Ciuilibus
penisq; quibuscunq; infamiantem, et banchonem, nec non pro
cessibus omnibus, cuiquis officio et Judicio Regni obsed
et perduels, quietat, emittit, liberumq; et absolutum fuit,
processusq; Dos omnes cassat, annihilat, et nullificat per
petuum silentium hac in causa vtr suisq; successoribus im
ponens. Hac ma personali comparitione ad premissa medi:
ante. Quam nos eatam et gratam habentes, ad acta
presentia suscipi, et ex eisdem aut Sentiè extradi man
damus. In cuius rei fidem Sigillum Regni nobis est
appensum. Actum et Dat. Varsauie feriâ sexta post
Festum S. Andree Apostoli proxima Anno Dñi
M D Cxxvi Regnor. 27o Rob vt supra.

Inscriptio debiti Centū florenū Nli Paulo
Szczucki per Nic Valentinū Stawęcki fact.

J.W. Sigismundus &c Significamus &c Comparens persoh
liter Actis Curiæ nre Nieuis Nobilis

Valentinus Stawszky, olim Matthiæ filius, Pala
tinatus Plocen, sanus mente et corpore exans, à ter-
nis Deibus Patribus Suis vitæ virtutibus sua quamis profana
et competen recedens huic autem vitæ se cum Bo-
nis suis omnibus, intersporan, et subjiciendo pulam libere
exhæresisse cognouit verbis. Cui ille Nobilis Paulo
Stawszky, olim Stanislai filio de Pathi Plocen
teneretur ac debet, ven, certi liquidi debiti mutuati per
eundem summam certam florenorum polonic. Quam quidem
summam in bonis suis omnibus inscribit, se eq de eis
bonis omnibus, summisq per eum obligat, eum Succes-
sibus eandem pro festo circumcisionis Dei proximo,
in Anno Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Se
ptimo, prædicto Nobili Stawszky, persolutorum
et ad Acta Castren Plocen Exhibiter, sub Cu
dis similis, centum florenor polonic in casu contraven
tionis inscriptioni presenti, summæ principalis non
persolutionis, ad soluendum nec cumbendo. Pro quo
citatus coram, Nobilis Valentinus Stawszky, vel
sui Successores, ad instam Nobilis Pauli
Stawszky, vel eius Successorum extunc recedere

suprascripto mediante, coram Otto Castoren Plocensi
perentorie respondere teneb[antur]. Primum terminum
et dies omnes dilationibus generaliter omnibus exce-
ptionibus, appellationibus protestationibus et earum prosequtio
nibus impedimentis legalibus et alijs quibuscunq[ue] iuris
beneficijs et defensis non diferen[do] in eisd[em] omnibus
renunciando, verum in inscriptionē pti, et recognitio
ni prefat[e] in omnibus stabsistere, se et suam poste
ritatem obligando et onerando. Hac sua personali
recognitione ad premissa mediante. Quam nos eam
et grauam habendes ad acta presentia suscipi atq[ue]
ex eisd[em] extradi mandauimus. In cuius rei fidem
pres Sigillo Regni corroborari iussimus. Actum
et Dat[um] Torun[i] Feria Sexta post Festum
Sancti Andree Apostoli proxima Anno Dni
M D xxxvi Regnor[um] nrorum Polonie 28
Relo ut supra.

Plenipotens G. Petrus Lipski per Rdmū Adream Lipski E.pūm Vladislavien electū.

Sigismundus rex Significamus vt Comparens perso
v.p. naliter coram Actis Cancellarie nre nitoris Reuerendus
in

in Christo Pater Dnus Andreas a Lipe Lipsky
Episcopus Sulodorensis et Pomeranie Ecclesie
te et corpore exns, foro consistorii omisso et universo
prosma postehabita hunc tenorem quoad actem patem
spectat se se totaliter et plenarie incorporan et subjicien
palam libere expressis recognouit verbis. Quia ipse
in eorum vtru et legitimum plenipotentem Prosum
Petrum Lipsky constituit et ordinat, idq ad omnes et
singulas causas, cum quibuscunq personis et ratione
quarumcunq rerum et coram quibusuis Judicijs et
Tribunalibus intercedendum et concedens eidem
plenam et omnimodam facultatem causas cas in instru
endi promouendi defendendi continuandi et ad debi:
tam exequonem deducendi. Decreta pro parte sua lata
acceptandi ab onerosis vo et quouis grauamine appellan
et si necessitas postulauerit, alium in locum suum pleniso
tentem substituendi, et eundem cam Plenipotentiam
reuocandi, omniaq bona et legitima plenipotentis munia
agendi et exercendi. Promittens et inscribens se de to
tis suis omnibus id totum quidquid per eum Plenipoten
tem actum et constitutum fuerit pro rato et grato susce
pturum, non aliter ipsemet ea ageret ageres possit.

Hac sua personali recognitione de premissa nedian
te Quam nos gratam et gratam habentes ad acta
presentia suscipi et ex eisd[em] extradi mandamus. In
cuius rei fidem presentibus Sigillum Regni nri
est impressum. Actum et Dat[um] Torunii
Sabbato post Festum Sancte Barbare Vir
ginis et Martyris proxime Anno Dni Mo
Dxxxvi° Regnor[um] nostrorum Polonie xxx
ix Sueciae vero xxxiii°

Rcto Rndmi in Xto
Patris Dni Stanislai Lubin
sky Episcopi Luceoriensis
Regni Poloniae Vice
Cancellarij.

ANNVS DOMINI MDCXXVII.

Donatio bonorum Dcōst Dąbrowa Matoszyce Rogaczow Lipie in Dctu Radoscen Gnoso Modlißewski per Referendariū R facta.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quod comparens perso Ex.
naliter, coram Aula Cancellaria nra nuncupatis Magnificus Maximilianus de Przerąb Przerąbsky, Castellanus Siradien. Referendarius Regni, Supremus Serma Reginalis, Aulæ Rafectus, sanus mente et corpore exns, à terris Palatus, foro, ure iurisdictionis suæ quamvis prosima et competen recedens, huic autem nrę quoad actum presentem speciat sese, cum Successoribus ac bonis suis omnibus, plenarie incorporando, et subjiciendo palam, publicè libere expressisq; recognouit verbis. Quòd ipse bona sua hæreditaria quouis ure et titulo se contingen. vel Dąbrowa, Matoszyce, Rogacow, Lipie, in Dctu Radomscen. Palatus Siradien. nec non villam Kmiec, in Palatu Cracouien. cum omnibus eorundem bonorum fundis, curijs, areis ædificijs, agris, pratis campis, pascuis, sapisterijs, sylvis, bonis, rubetis, gajis, hortis pomarijs, emerbonibus, hortulanis, inquilinis eorumq; censibus, datijs, dationibus, dierum laboribus

tabernis, molendinis, et alijs quibuscuis fructibus vtilitatibus, commodis emolumentis, attinenq et pertinentijs vniuersis, vta vt generalitas specialitati, et specialitas generalitati, non deroget, et prout suprafassionem bonorum ambitus et circumferentia, se in suis metis, et limitibus extendit, et protenditur, et prout eadem bona ipsemet recognoscens, tenuit, habuit, possedit, illisq; vsufructuabit, nihil prorsus suisq; Successoribus reservando, rati ex nunc Venerabi Joanni Dunin Modliszewsky, Culmen nrô Prefecto, Locum Tenentq nrô Castellano, et ipsius legitimis Successoribus, Insenbit, dat, donat confert et assignat, perbenq duturis temporibus, per eund Joannem Dunin Modliszewsky, et Successores ips, tenen, habend, possidend, Dan, donan, vendend, commutan, obligan, vsufructuand et vsita suum beneplacitum disponenda. Iam ex nunc memoratus recognoscens dicto Joan Dunin Modliszewsky et ipsius Successoribus in predicta bona Intromissionem realem cum actuali et actiua possessione per Allen Regni Prales, et Dnos Nobiles officiose acceptandam, libere dat et admittit

Debety et tenebitur prout se et suos Successores de bonis suis omnibus, mobilibus et immobilibus, sen: missis quibuscuis precariis inscribit et obligat, prodi chem Ivoslum Dunin Modliszewsky et eius Suc cessores, in possone suprascriptorum bonorum, ab omni bus personis, propinquis et remotis, cuiuscuis sexus status et conditionis existen, nec non ab inscriptionibus prioribus et posterioribus, citationibus, contestationibus lucris, perlucris, processibus, quibuscuis, iudiciarijs in ysdem supra memoratis bonis, perductis et perducen dis, omnibus eorum bonorum damnis debitis, oneribus impeticionibus quauis iuridica, tueri defende re euincere et liberare, indemnemq ipsum et Successo res ipsius indemnes reddere, per omnes prescriptiones Terrestres, prout ad quemlibet personam Terrestris prescriptio, pertinet, vide sub Damnis Terrestribus sinistriciter absq corporali uiramento, ad simplicem verborum assertionem, taxandis et edicendis, in ca: su alicuius impedimenti, ad soluendum succumbendo. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus quotes memoratus

Magnificus Castellanus Siradien, ac eius posteri
ad instantiam suprascripti Generosi Dunzi Mo
liszewski, eo posterorum ipsius ad Officium
Castren Siradien, citatus fuerit, tohes in primo
Citationis termino tanquam perentorio stare
iuri parere, et directe respondere tenebitur termi:
num ipsum perentorium, aliosq ex inde consequen
tes nullis dilatijs, exceptionibus, dilationibus
protestationibus cautionibus motionibus appella
tionibus et earum prosequutionibus, fatalijs
iuris, nullisq legalibus et illegalibus impedimentis
differendo, aut quouis colore, et arte subterfugien
do, verum praescripti inscriptioni in omnibus satisfa
ce, se et suam posteritatem obligando et, onerando
Hac sua personali recognitione ad premissa medi:
ante. Quam nos Castren et gratam habentes ad acta
praesentia suscipi et ex eisd.m extradi mandauimus.
In cuius rei fid.m Sigillum Regni praesentibus
est impressum. Actum et Dat.m Varsauiae

Feria Secunda ante Festum Epiphaniarum Domini
proxima Anno Domini M DXXVII Regnorum
Invictiss Poloniæ &c. Regis &c. ut supra.

Redonatio eorundem Superius expressorum bonorum per G. Ioannem Dumin Modliszewski M. Przerębski Cast. Syrad. fact

Sigismundus &c. Significamus &c. Quod Comparens personaliter Ex.
coram actis Curiæ nræ Generalis Egregius Joannes Danielis Modliszewski, Cubicularius Prefectus Lovicen, Locumtenens noster Capitaneus, sanus mente et corpore existens, ultro, sponte, libere, non
ratione, dolo, fraude, vi, timore, circumventionis sua quavis prorsus et
omnimode, neque ab aliquo inductus, seu circumventus, quod autem pretendere
dicat, se se cum Successoribus, ac bonis suis omnibus, in cor
porando, et subjiciendo, palam, publice, libere expresseque
cognovit verbis. Quia ipse totalia et integra bona sua,
Dąbrowa, Małoszyce, Rogacow, Lipie, in Districtu
Radomsken, Palatinatu vero Lividien, nec non Vil
lam Kurie, in Palatinatu Cracovien, consistentem
ea vero bona, quod sibi cognoscenti Magnificus Ma
ximilianus de Przerąb Przerębski, Castellanus
Lividensis, Referendarius Regni, Supremus

Serenissime Reginalis Mrs Aule Regie
Sue coram Aebis Cancellarie eiusdem nostre minoris
resignauerat, cum omni et integro eorundem bonorum iure,
dominio, et proprietate, oribus, fructibus, prouentibus red-
ditibus et obuentibus, ex eisdem bonis modo quouis proue
nientibus, tam et cum curijs, aciis, edificijs, agris, pratis, cam-
pis, pasuis, sepibus, syluis, lignis, rubetis, gayis, lacis,
pomarijs, emolumentis, tortalarijs, molendinis eorumq censi
bus, datijs, datioribus, theriis laboribus, tabernis, molen-
dinis, et alijs quibusuis attinentijs et pertinentijs uni-
uersis, ita etiam longe, et late ac circumferentijs prout
dicta bona, ex suis metis et limitibus, sunt ab antiquo distri-
cta, et distincta, nihil quicquam ex premissis omni-
bus, unis, donijs, et proprietatis, ac quorumuis usufructu-
um, et obuentium, prefe, et suis Successoribus vel
alijs quibuscunq reseruando et excipiendo, memorato Ma
gco Maximiliano de Pnergb Pnergbski, Castellano Siradi
ensi, et eius Successoribus, irrenocabiliter cessit, cedauit,
cedidit insuper dicto perpetuo et irrenocabilis donationis,
nreq et titulo perpetuo concedat, et mixtim et conjun-
ctim Dnis Terrigenis, in perpetuum resignauit,
et dno cessit, cedat, insenbit, nreq ac perpetuo

titulo

titulo hereditario in perpetuum resignat presentibus. Per eum Prosbum Castellanus Siradien et eius posteros, bona predicta omnia et singula, presentibus resignata, habeñ possidere, nec non dare donare vendere alienare commutare obligare resignanda, et in usus quosuis beneplacitos suos et suorum Successorum libere convertenda. In quid quidem bona presentibus resignata profatus Terrenosus Modliszewsky cognoscens eidem Magnifico Castellano Siradien, eam exmere dedit et admisit dat et admittit presentibus, actionem realem et realem fidei fidei possessionem, per Ministerialem Terrestrem ad hoc Habiles, officiose acceptandam. Insuper prenominatus Terrenosus Joannes Dunin Modliszewski mediante suprascripto Terrestre, de successoribus suos, de et super bonis suis omnibus summisso pecuniariis habit de habendis, eidem Magnifico Castellano Siradien et eius Successoribus inscripsit obligavit, ob quidem inscribit et obligat presentibus. Quia debebit, et sui Successores teneb[illegible], bona predicta omnia et singula presentibus resignata, tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit, ab omnibus et singulis impedimentis

titulo

omnium et singularum personarum, ex qu et persona tan
tum sua, ex eadem bona importata, et ea bona efficientia
ueri, defendere, evincere et liberare ipsum Magnifi
cum Castellanum Siradiensem, et eius Successores,
eorumq; eorundm bonorum, idemnem et indemnes reddere et
facere, ita, vt prememorates Castellanus, bona predicta
sibi donata, absq; omni impedimento iuridico tenere, ha
bere ac possidere, ac illis in perpetuum uti frui posse, et
valeat, idq; sub damnis Terrestribus, absq; iuramento
corporali ad simplicem verbi assertionem taxandis et
dicendis. Pro quibus quidem damnis Terrestribus, quo
ties memorates Egnatius Danen Modliszewski ac eius
posteri, ad instantiam Magnifici Castellani Siradien
et posterorum ipsius, ad dm Castrum Siradiense, cita
tus fuerit, totes in primo citationis termino tanquam
peremptorio, stare, iuri parere, et directe respondere tene
atur, terminum ipsum peremptorium, absq; exinde
consequentes, nullis dilationibus, exceptionibus, dilationibus
protestationibus, cautionibus, motionibus appellationibus
et earum prosequutionibus, fatalibus iuris, nullisq; legali
bus et illegalibus impedimentis differendo, aut quouis
colore, et arte subterfugiendo, nullos defectus interponi

pri

presenti objiciendo, nec modo quovis iuridico et extra iuridico, se contra omnia promissa suis cum Successoribus tuendo et protegendo, imò eisdem omnibus renunciando ac inscriptioni presenti, damnis Terrestribus solutis quotiès opus fuerit, satisfacere, se et Successores suos obligando, et onerando. Hac sua personali inscriptio ne ad premissa mediante. Quam vos gratam et grata tam habentes ad acta prosentia suscipi et ex eisdem extradi aut Sentiè mandauimus. In cuius rei fidem presentibus Sigillum Regni nostri est impressum Actum et Datum Varsauiæ Feriâ tertia ante Festum Epiphaniarum Domini proxima Anno Domini M.D.C.XXVII. Regnorum nostrorum 27.

Relo vt supra.

Inscriptio debiti duorum Millium florenor Nli Zuzanna Białecki consorti N Simon Białecki per eund. inscript.

Sigismundus 2dus Significamus 2da Comparens s.u.
personaliter coram Actis Cancellariæ nostræ minoris,
Nobilis Simon Białecki, Dispensator noster, sanus

mente et corpore exns foro competenti omisso et unisdictione
propria possehabita, huic aubem nostre quoad actum pre
sentem specilat, se se cum Successoribus ac bonis suis omnibus
totaliter incorporando et subjiciendo, palam, libere, expres
sisq; verbis. Quia ipse Nobili Suzanna
Carasiowna, quondam famula à secretijs filia nrā
r Sarā Consorti vero sue lgtmā, et eius successoribus sum
mam duorum millium florenorum polonicalium, quemlibet
grossis triginta computatā, in bonis suis omnibus mobilibus et
immobilibus, summis q; quibuscunq; peculijs habitis
et in posterum habendis, insimbit et assecurat. Quam qui
dem summam, modo premisso inscriptam, post certā ipsius extenā
tempora, eidem Consorti sue, Successores et posteri sui, ad
primam requisitionem, soluere tenebuntur, nec prius apprehen
dere possessionem bonorum suorum pelictorum, poterunt, quam
summa predicta duorum millium florenor polonic, memora
te Consorti sue, Nobili Suzanna Carasiowna, realiter
per soluta et reposita, idq; sub vadio Duorum millium
florenorum polonicalium. Pro quo citati existentes, ex
tunc, foro competenti omisso, coram quouis Judo et officio
Regni, peremptorie respondere tenebuntur. Primum
terminum, et alios omnes, dilationibus generalo omnibus

euasionibus appellationibus motionibus et earum pro-
secutionibus, abijs quibuscuis impedimentis legalibus
abijsq; quibuscuis beneficijs non differendo Cimo eidem
renunciando, et inscriptione presenti pro dicto soluto quoties
opus et necesse fuerit de toto vt satisfaciant eosdem
onerando et obligando. Hec sua personali recognitio
ne ad premissa mediante. Quam nos ratam et gratam
habentes ad Acta presentia suscipi, et ex eisdem ex-
tradi mandauimus. In cuius rei fidem presentes
Sigillo Regni communiri iussimus. Actum et Datum
Wersauie Anno Domini Millesimo Quadringentesimo
nonagesimo Quadragesimalem proxima Anno Dñi
M D xxxvi° Regnorum nostrorum Polo-
nie xxxx Suecie xxxiv°

Rex vt supra eiusdem.

Plenipotentes per V. Ioannem
Lipski Regentem Cancellarie
Regni electi & inscripti.

Sigismundus &c. Significamus &c. Comparens vp.
personaliter coram Actis Cancellarie nre Maiestatis

Venerabilis Joannes Lipski Praepositus Cracouiensis
Cantor Gnesnen Sedomovien Plocens Canonicus
Secretarius nostrer, et Regens Cancellarie Regni
minoris sanus mente et corpore extra foro compelenti
omisso, et vnius quoad actum presentem spectat se cum Successoribus
ac bonis suis omnibus incorporando et subijciendo palam
libere expressis et recognouit verbis. Quia ipse in suos
veros et legitimos Plenipotentes Venerabilem et Generosum
Joannem Zagurski Palatinum Dzierzkouien et Stani
slaum Pilsta constituit et ordinat. Dans et conferens
eisdem plenam et omnimodam facultatem causas suas
omnes cuiuscunque bonorum et fillorum Dzierskow et
Dobkri ad Praeposituram Cracouien pertinentium pre
sertim vero ratione limitum exercendarum coram omni
officio et Judicio Regni promouendi defendendi et ad
debitum executionem deducendi, aliosq; plenipotentes
in locum suum substituendi, et verum eorum
candi, et omnia legitimorum plenipotentum munia age
re expediendi. Promittens et inscribens se id totum
quidquid per eos actum fuerit pro rato et grato habi
turum, non secus ac si ipsemet ea ageret agereq; possit.
Et hac

Hac sua recognitione ad promissa mediante. Quam nos gratam et gratam habentes ad Acta presentia sussi
pi et en eisdem extradi mandavimus. In cuius rei fidem
Sigillum Regni presentibus est appressum. Actum
et Datum Varsauie Feria Tertia post Dominicam
Conductus Pascha proxima Anno Domini M
D Cxxvii Regnorum nrorum 27a

Relo ut supra.

Donatio certi fundi in Ciuitate Nova Varsauien atq; Venditio p Nlem Eua Siemicka Fama Andreæ Kluczmik facta.

Sigismundus &c Significamus &c Quod coram Ex.
nobis et Actis Cancellarie nostre Minoris persona
liter comparens, Nobilis Eua Ciesielska, Nobilis olim
Petri Siemiki, relicta Vidua, cum assistentia No
bilis Alberti Lgiezynski, ibi Tutoris ad hunc Actum
assumpti, sana mente et corpore exns, à Terris Districh
tus Palatinatibus, finis, limitibus suis quibuscis
suis proprijs, et competen decedendo, hinc autem nostre
Jurisdictioni, quoad Actum presentem spectat se cum

suis Successoribus ac bonis omnibus incorporando et subjçi
endo Nomine suo et liberorum suorum, ex predicto olim
Sieniecky procreatorum, tàm adultorum, quàm Mino
rennium, vid Alberti, Mariannæ, Annæ, Christinæ
pro quorum Cathabitione cauet, eosdemq liberos suos fili
um presertim, intra decursum medy filias vero cum
ad statu suo elocatæ fuerint, et Tutores legitimos
habuerint, ad Acta presentia, ad approbandæ intrasera
et de rure suo cedendi, in omnibus bonis suis, se se obligat
eidq sub nexibus infra circa cuictionem contentis, et ex
pressis) sponte palam, liberè ac per expressum recognouit.
Cui ipsa volens, consulere, bono et commodo suo, et liberorum
suorum, fundum certum prædicti olim Petri Sieniecky Ma
riti sui, adze et liberos suos Jure Culmensi, et hæreditá
rio Locandum hic in Civitate Nova Varsauien, extan
tem, nudum, desolatum, et sine vllis sepibus, ex quo nulla com
moda, per hac tempora percipere potuit, inter metas vet
in longum à via publica, et platea dicta Zakroczynska,
ex una, ac plateam aliam dictam Mogilnska parte
ex altera, in latum vero, inter et penes Fundum
Nobilis Alberti Zielenisky, à fronte, et tergo
vbi via, et excedens Curiam vsq ad Locum Jamæ

olim Alberti Smigrek Franciscis Sarsavien
ex Jona, vtq; peres fundum deserum et desolatum
olim Jamati Thoma Lgehowsky ex altera parthis,
vere suo, quod ipsam ex proscripto Juris Culmensis
convenit, ac vere subscriptorum liberorum suorum jonacum
sex Colonis, in eodem fundo manentibus, attinentijq;
et pertinentijs, commodis, vtilitatibusq; quibuscunq;
sis quocunq; modo ad eundem fundum spectantibus,
Spectabili et Jamato Andreæ Lebrzusky
de Kluznik, et ipsius posteris, vendit, ensini
bit, et resignat pro Summa Trecentorum florenorum
Polonicalium, Relig quem vero dat, donat, dono perpetuæ
et irrevocabilis donationis, perpetuò et in diuum, cum
omni Jure, dominio, proprietate, et propinquitate, vtuloq;
hereditario, nihil penitus Juris, pro se, ac suis liberis
ac Successoribus quibuscunq;, vel propinquis reser-
vando, aut quouis modo exapiendo, sed id totum, in
personam Emptoris prefati, ipsiusq; Heredum, per-
petuò transferendo et transfundendo, via licè longè
et avunsferentialiter, prout se in suis metis extendit,
per prefatum Spectabilem et Jamatum et ipsius

legitimos Successores, tanquam veros et legitimos
Hoeredes, fundum eundem Jure perpetuo ac titulo hove
ditario, tenendū habendū possidendū pacifice et quiete ob
fruendū, ac ad vsus suos suorumq Successorum
quoscunq beneplacitos libere convertendum Inscriptis
ms presentis vigore, et nomine recognoscendo sibi ca
tione huius venditionis, à predicto Emptore pro
promissis satisfactum esse, de qua satisfactione et
summa suprascripta, vti habet tenuata, eundem Em.
ptorem, et eius Successores profata recognoscens
quietat et liberum facit perpetuis temporibus. In
quem quidem fundum, cum ex colonis, in eodem
manentibus, exierunt, in eodem fundo predicto, Spe
ctabilis ac Honorati Andreas Zgorzuski
dicto Kluczyk, intromissionem realem, cum
possessione realj et essentiali dat et admittit ac
per Scabinos eiusdem Civitatis acceptandam et
legitime apprehendendam, concedit, et permittit. Cui
Intromissionem, in dicto fundo non denegare, et pos
sessionem pacificam fundi eiusdem non impedire
nec adimere, imò ab omnibus impedimentis Juridicis

